

LUGDUNI BATAVORUM
Apud S: LUCHTMANS et Filios 1755.

CORNELII NEPOTIS
VITAE
EXCELLENTIUM
IMPERATORUM,

QUORUMDAM

ICONIBUS ORNATAE,

ET

NONNULLIS ANIMADVERSIONIBUS,

Partim criticis, partim historicis, inlustratae

AB

AUGUSTINO VAN STAVEREN.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM LUCHTMANS ET FILIOS, 1755.

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

Miraris forsitan, Amice Lector, C. Nepotem, tot literatissimorum virorum diligenti cura emendatum, & inlustratum, nunc nova mearum animadversionum adcessione oneratum, in lucem prodire.

Verum, ne tempora tua morer, veram, & unicam hujus a me subcepti operis rationem reddam. Anno hujus seculi quarto & trigesimo hunc auctorem, in octava, quam typographi vocant, forma, variorum Virorum notis ornatum, & meis observationibus

quodam modo auctum, edidi: in quibus neque hi viri, neque ego, jactavimus, Nepotem ab omnibus mendis, eum inquinantibus, ita purgatum, jam in eruditorum conspectum proferri, ut nihil in eo emendandum, vel melius explicandum restaret. Quis vero doctorum, antiquos Scriptores, variis ubique naevis, a librariorum negligentia, vel inscientia profectis, commaculatos, nova cura laevigantium, hoc vel promisit, vel promittere potuit umquam?

Scimus omnes, ut de aliis taceam, quantum T. Livius acerrimo Gronoviorum, Dukeri, Drakenburgii, & aliorum interpretum judicio, summa cum rerum, ab antiquissimis Romanis gestarum, cognitione conjuncto, debeat; sed quis sperare ausit, hunc scriptorem ita sanatum esse, ut nullum ulcus in eo resideat, quod manum medicam postulet?

Adhaec nostra aetas in ea incidit tempora, quibus nonnullos etiam sana, & integra scriptorum loca mutandi, vel potius mutilandi cupido agit trans-

transversos, ita ut horum nova vulnera facientibus telis, licet a praestantissimis viris pristino suo splendori, & integritati restituti, quotidie pateant: quod hominum genus genio suo relinquens, & meo me pede metiri solitus, palam profiteri audeo, me non eum esse, qui cunctas C. Nepotis, ea, qua par est, dexteritate nondum sanati, cicatrices obducere vel potuerim, vel in hunc usque diem possim; attamen una addere substineo, pleraque vulnera non ita negligenter a Viris doctis, & a me esse curata, ut, velut insanabilia, hodie non nisi igne ferroque secari queant, aut indigeant Isenacensi curatura J. M. Heusingeri, qui ante hos decem annos, in dias luminis auras emisit *spicilegium emendationum, & Observationum ad Cornelii Nepotis excellentium imperatorum vitas* XVIII. *priores, quarum plura menda V. Cl. Augustini a Stavern nova opera nondum sublata corriguntur, loca obscuriora explicantur, alia a sinistris interpretationibus vindicantur.* Quis enim hujus libelli titulum legens, non statim meam, & aliorum virorum longe me doctio-

rum incuriam, caecitatem, & ignorantiam deriserit, & Herculeos hujus Viri, sua unius opera hoc Augeae stabulum purgantis, labores fuerit admiratus? Verum, si integrum hujus spicilegii volumen oculo haud fugitivo inspexeris, mecum agnoveris, amice Lector, opus non respondere titulo, & haud exiguo tempori, ac chartae parci potuisse, si modo ea sola adtigisset, quae a nemine virorum, qui huic scriptori manum medicam admoverunt, fuerunt occupata.

Ne tamen Heusingeri τῦ μακαρίτε laudes deterere velle videar, fuit quidem, dum in vivis esset, vir vere doctissimus, & ad C. Nepotem edendum quasi natus, & factus, nempe, si hic scriptor numquam ante hac nova luce donatus fuisset; scriptoris enim elegantiam penitus cognitam, & probe perspectam habuit, imo optandum foret, ut omnes, qui antiquis scriptoribus medicinam facere adgrederentur, singulos scribendi modos, verborumque & sententiarum conlocationes iis proprias, & usitatas aeque nossent, ac noster Heusingerus; tunc enim non tam

insi-

inficerae conjecturae, & auctorum menti saepius, & scribendi consuetudini contrariae emendationes, e turbato cujusdam conrupti codicis fonte haustae, in medium proferrentur. Verum quam multa, tamquam nova, & inaudita in eruditorum conspectum dedit, quae a Nepotis interpretibus jam dudum cum erudito orbe communicata, & eleganter exposita sunt? Quot testes, suam de plerisque Cornelii nostri locis sententiam, velut a se primo inventam, & pronuntiatam, confirmantes produxit, quos vel alii, vel ego ad eamdem rem eodem sensu explicandam ad partes vocare non omisimus?

Quot loca sibi visus est a sinistris interpretationibus vindicare, quorum sensum caeteri interpretes melius perceperunt, quam ille intellexit? Quam turpiter sese dedit in praefatione, nodum, vel quovis Gordio sibi visum inplicatiorem, significationis vocis O-*lympiae*, non nisi nobilem quondam Elidis urbem, notantis, solvere infeliciter conatus? Omitto jam insulsas lectiones, sive emendationes, ab eodem hoc viro mihi adscriptas, quae nec

mihi in mentem inciderunt, nec e meo calamo profluxerunt umquam, ut videre eſt in Lyſandri vita *cap.* 3. & alibi.

Quum itaque mihi Luchtmanni, pater, ac duo natu majores filii, diligentiae, & integritatis laude praeter caeteros florentes typographi, ſuum C. Nepotis in minori forma praelo ſubjiciendi conſilium aperuerunt, novae hujus editionis curam in me ſubcepi, ut ita mihi, hujus infamis negligentiae notam, meo nomini ab hoc viro clariſſimo inuſtam, delendi praeberetur occaſio. Itaque novae huic editioni videbis adjecta, quae ad eruditum meum adverſarium refellendum, & debellandum neceſſaria eſſe duxi. Praeterea rebus, quas ab excellentibus Imperatoribus fortiter, excellenter, ac prudenter geſtas, literarum monimentis mandavit Nepos, novam quamdam lucem adponere tentavi, e quibus nonnulla quidem Lambinus, & alii videbuntur occupaſſe, ſed quae Lector ad examen revocaturus, deprehendet, majori cum cura a me, quam

quam ab iis, licet Graecarum Literarum
me longe peritioribus, esse tractata.
Quam plurima autem in nitido hoc
C. Nepotis, Excellentium Imperato-
rum vitas haud rudi quidem penicillo,
sed in breviori quadam tabella, de-
pingentis opusculo nobis obcurrunt,
quae ab aliis scriptoribus fusius, &
clarius posterorum, ab illius, quo hi
Imperatores floruerunt, temporis co-
gnitione hospitum ac peregrinorum
oculis ac menti sunt exposita, quae,
diligentius excussa, tironibus diluci-
dam quamdam ad intimam Graecae
Romanaeque historiae notitiam fa-
cem praeferunt; exprimit enim in eo
C. Nepos temporum, quibus Graeco-
rum potentia, summa cum vere he-
roicarum virtutum laude conjuncta,
augeri, ac minui coepit, imaginem,
a victoriis, de Dario Persarum rege a
Miltiade, & de Xerxe hujus Darii fi-
lio a Themistocle reportatis, ὅθεν Ἑλ-
λησίν ἐστιν ἐλλαμπρύνεσθαι μάλιστα, ut recte
observat Appianus Alex. in praefatio-
ne, exorsus, suamque narrationem ad
conflata ista bella, quae ad interne-
cionem post Alexandri mortem gesta
sunt,

funt, quibus Graecorum vires frangi coeperunt, deducens; fimulque, velut in fpeculo non fallaci, fingulis in libera Rep. natis oftendit, quam funeftae toti Graeciae, libertate olim ufae, civitatium, de fummo maris, terraeque imperio inter fefe obtrectantium contentiones, & inimicitiae fuerint, quae fi inter Athenienfes, Lacedaemonios, Thebanos, & alios Graeciam incolentes populos, non tam perpetuae fuiffent, numquam ab Amyntae filio Philippo, & deinde Alexandro Philippi patris fucceffore, fordidum, & obfcurum antea Macedonum nomen, inter Graecorum, in mutuum exitium fine modo ruentium, contraria ftudia, & otia, rerum a fe geftarum gloria inluftrantibus, jugum fervitutis eorum cervicibus fuiffet inpofitum; & Lacedaemonii, Agefilaum in corpore quidem fingendo naturam maleficam, fed in animi virtutibus tribuendis benigniffimam fibi expertum nacti regem, Philippo, & Alexandro jam dudum Afiae fubigendae gloriam praeripuiffent. Idem ille nofter memoriae prodidit, quam malis

malis artibus C. J. Caesar Remp. Romanam in vere regium imperium, sed, mutato nomine, plebi, alioquin a Tarquinii Superbi temporibus non modo inpotentem dominationem, sed & vocabulum *regis* exosae, haud ingratum, convertere sciverit. Denique cunctos cujusvis regionis, ab insanis bellorum civilium fluctibus jactatae, & hinc maximis rerum commutationibus obnoxiae, incolas, si omnes boni civis, & honesti viri numeros inplere velint, de Thebano Epaminonda, & T. P. Attico, ab ultima Romanae stirpis origine generato, ut exemplum capiant, docuit, quae omnia latius in meis animadversionibus sunt explicata. Vale, Amice Lector, & meis conatibus fave. Interea leves quosdam errores, typothetarum incuriae inputandos, ut emendes, humanissime rogo, ut p. 31. in notis L. 3. pro πρει;βεῖς, & θιόπροπι, lege πρέσβεις, & θεοπρόπι. & p. 316. L. 9. pro ὀνκραγόντος, restitue ἐγκραγόντος, aliosque, qui meam variis negotiis districti adtentionem fugerunt. & adde p. 10. in notis lin. 13. post *Strabon. L.* XIV. *p.* 248. *vide & de Thalete Mi-*

Milesio Menag. ad Diog. Laërt. 1, 36. p. 24. lin. ult. *Invisum tyranni nomen esse, ipsi sciebant, qui perpetuam dominationem obtinebant, unde Dionysius Heracleota, qui sua clementia populi favorem sibi conciliaverat, non tyrannum, sed Regem sese adpellari jussit. V. Memnon. apud Photium p.* 710. & p. 30. lin. 19. adjice, *Athenienses Cyrsilum quemdam, suadentem, ut in urbe manerent, & Xerxem reciperent, lapidibus obruerunt. v. Cic. L.* III. *de Offic. cap.* 11. p. 113. lin. 10. post *Thrasybulus Milesius*, adde, *de cujus prudentia* v. *Aldobrand. ad Diog. Laërt.* 1, 27. Denique p. 315. L. 14. post *praeter Cassandrum* adpone *Appianus Alex. de B. Syr. p.* 197. *neminem excipit; sed singulos satrapas sese reges adpellasse narrat.*

COR-

CORN. NEPOTIS,

VULGO

ÆMILII PROBI,

EXCELLENTIUM IMPERATORUM VITAE.

PRAEFATIO.

NON dubito fore plerosque, 1 *Attice*, qui hoc genus ſcripturae, leve, & non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis judi- 1

1 *Attice*] Abeſt a Codd. Leid. Alii Codd. habent *Atticae*. quam Lectionem

 nem

judicent, quum relatum legent, quis muſicam docuerit Epaminondam; aut in ejus virtutibus commemorari, ſaltaſſe eum commode,
2 1 ſcienterque tibiis cantaſſe. Sed hi erunt 2 fere, qui expertes literarum Graecarum, nihil rectum, niſi quod ipſorum moribus conveniat,
3 putabunt. Hi, ſi didicerint, 3 non eadem

nem defendit Magius, qua retenta, in irritum cadit prolixa iſta Heuſingeri nota de Verſibus, qui Hiſtoricis exciderunt. Sed maneat recepta lectio, tamen obſervatio iſta eſt ſuperflua; nam *to* in *dubito* eſt anceps. Neque debemus ex Hiſtoricis velle poëtas facere, id quod Clerico vitio vertit Drakenburg. ad Livium L. I. c. 34. Tò *plerosque* h. l. modo notat *multos*, ut cenſet J. Perizonius Disſertat. VII. p. 706.

1 *Scienter*] Id eſt peritè. Sic *Sciens Citharae* Horat. III. O. 9. vſ. 10.

2 *Fere*] Id eſt maximam partem. v. Obſ. Miſc. Jun. Jul. & Aug. A. 1736. p. 158.

3 *Non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia*] Vide Ciceron. L. IV. in Verrem c. 59. & 60. & de Epaminonda L. I. Tuſcul. Diſput. c. 2. Plut. in Themiſtocle p. 125. ubi

eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari: non admirabuntur, nos in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Neque enim 4
Cimoni fuit turpe Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio: quippe quum ejus cives eodem uterentur instituto. At id quidem nostris moribus nefas habetur. Laudi in Graecia ducitur adolescentulis, 1 quam plurimos habere amatores. Nulla Lacedaemoni tam est nobilis vidua, quæ 2 non ad

ubi Artabanus dicit Themistocli ὦ ξένε νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων, ἄλλα δ' ἄλλοις καλά. Adde Platonem in Minoe p. 565.

1 *Quam plurimos habere amatores.*] Sunt verba Ciceronis e Libris de Republica, quae profert Servius ad Virgilii X. Aeneid. vs. 325. *Opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores non haberent.* Vide Strabonem Lib. X. p. 740. & de casto hoc amore vide quae dixi ad Hygini Lib. II. A. P. cap. VII.

2 *Non ad scenam eat mercede conducta.*]

ad ſcenam eat mercede conducta. Magnis in laudibus [1] tota fuit Graecia, [2] victorem Olympiae citari.

vid. Obſ. Miſc. Nov. Tom. VI. pag. 516.

1 *Tota fuit Graecia*] Id eſt per totam Graeciam v. Obſ. Miſc. Nov. Tom. VI. p.520. Sic *ignis totis caſtris ſe diſſipare* dicitur Livio L. XXX. c. 5. Cicero IV. in Verrem c. 59. dixit. *Nulla umquam civitas tota Aſia & Graecia* & c. 60. *quae apud quosque viſenda ſunt tota Aſia & Graecia* & L. V. in Verrem cap.31. *De qua muliere plurimi verſus tota Sicilia celebrantur*. Adde Cl. Oudendorp. ad J. Caeſarem L. 5. B. G. c. 55.

2 *Victorem Olympiae citari.*] Heuſingerus putat ſub *Olympiae* intelligi *concertationis* vel *commiſſionis*, vel per *Olympiam* indicari *Coronam*. ſed errat puerilem errorem vir alioqui doctiſſimus. Olympia Urbs eſt. *Victor Olympiae* eſt, qui in Urbe Olympia vincit. Imitatur Nepos Ciceronem L. I. Tuſcul. Quaeſt. c. 46. *Uno die duos ſuos filios Olympiae Victores vidiſſet*. qui L. III. de Orat. c. 32. dixit *Olympiam venire*. Herodotus Lib. II. cap. 160. Τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα Lib. V. c. 22. οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα. adde Athe-

tari. In ſcenam vero prodire, & populo eſſe ſpectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos 1 partim infamia, partim humilia, atque ab honeſtate remota, ponuntur. Contra 6
ea pleraque noſtris moribus ſunt decora, quae apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamilias non primum locum tenet ædium, atque in celebritate verſatur? quod multo fit aliter in Graecia. Nam neque in con- 7
vivium adhibetur, niſi propinquorum: neque ſedet, niſi in interiore parte aedium, quae *gynaeconitis* appellatur, quo nemo adcedit, niſi propinqua cognatione conjunctus. Sed

thenaeum L. XII. c. 9. p. 534. jacet in agro Piſaeorum v. Strabon. L. VIII. p. 544. ubi addit ὅτ' ἐν Ἠλείᾳ συνετελεῖσθη ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν, οὐδ' ἅπαξ, ἀλλ' ἀεὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ.

1 *Partim infamia: partim humilia,*] Lege *infamia, partim humilia.* V. Obſ. Miſc. Nov. Tom. VI. p. 520.

8 Sed plura perſequi tum magnitudo voluminis prohibet, tum feſtinatio, ut ea explicem, quæ exorſus ſum. Quare ad propoſitum veniemus, & in hoc exponemus libro de vita *excellentium Imperatorum.*

I. MIL-

MILTIADES



I. MILTIADES.

Caput I.

MILTIADES CIMONIS FI- 1
LIUS ATHENIENSIS, quum & antiquitate generis, & gloria majorum, & ſua modeſtia, unus omnium maxime floreret; eaque eſſet aetate, ut non jam ſolum de eo bene ſperare, ſed etiam confidere cives poſſent ſui, talem futurum, qualem cognitum judicarunt: accidit, ut Athenienſes Cherſoneſum colonos vel-

2 lent mittere. 1 Cujus generis quum magnus numerus esset, & multi ejus demigrationis peterent societatem: ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, 2 qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Nam tum Thraces eas regiones tenebant, cum quibus armis
3 erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent. Id si fecis-
4 sent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso Militiades cum delecta manu classe Chersonesum profectus, quum accessisset Lemnum, & incolas ejus insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque Lemnii sua sponte facerent, postulasset, illi inridentes responderunt,
5 tum id se facturos, quum ille domo navibus

1 *Cujus generis quum magnus numerus esset, & multi ejus demigrationis peterent societatem:*] Heusingerus jactat, sese primum esse, qui haec verba explicuit, sed explicatione non egebant, per sese intellectu facilia, sed si Rutgersii verba a Boeclero citata, sive Reinerii Bontii apud Eumdem, inspexisset, ipsius Nepotis errorem detexisset. Athenienses enim colonos Chersonesum non miserunt. & tota, quam hic profert Nepos, historia falsa est, & Heusingeri nota superflua. adde quae mox ad cap. 2. adferam.

2 *Qui consulerent*] Haec verba non sunt ejicienda. Vide Easdem Observ. Misc. p. 521.

vibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum, hic enim ventus a septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tempus 6
non habens, cursum direxit, quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

CAPUT II.

Ibi brevi tempore barbarorum copiis 1
disjectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea 1 communiit: multitudinem, quam secum duxerat, in agris conlocavit: crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minus 2
in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus est, nam quum virtute militum devicisset hostium exercitus, summa aequitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine. Ne- 3
que id magis imperio, quam justitia, consecutus. Neque eo secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, 2 officia prae-

1 *Communivit*] Lege e MSS. *communiit* ita amant cum Nostro optimi: sic *quaesiit* pro *quaesivit*, *resciit* pro *rescivit*. V. Clar. Oud. ad J. Caesarem L. I. B. G. cap. 28. & 32.

2 *Officia*] i. e. beneficia. Errant, qui aliter explicant. Sed ut notum est, confundit duos Miltiades Nepos. Hic enim, qui magna bene-

præstabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miserant; quam illorum, cum quibus erat profectus.
4 Chersoneso tali modo constituta Lemnum revertitur, & ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, quum vento borea domo profectus eo pervenisset,

ficia in Athenienses collocabat, fuit Miltiades Cypseli filius, qui Pisistrati tyrannidem pertaesus Athenas reliquit, & cum Doloncis Thracibus Chersonesi imperium tenentibus in eam insulam commigravit, in quem imperii summa translata est. Vide Herodotum Lib. VI. cap. 35, 36. & seqq. Eodem tempore plures Athenis exularunt, in quibus Solon. v. Menag. ad Diogen. Laërt. L. I. cap. 50. Periz. ad Aelian. L. VIII. cap. 16. & Gron. ad Gellium XVII, 21. (Philosophi enim non ferunt Tyrannos. Hac de caussa Pythagoras Samum reliquit. v. Strabon. Lib. XIV. p. 945.) forsitan Miltiades, tam Solonis hortatu, quam oraculi responso, & Doloncorum rogatu inpulsus Chersonesum profectus est. Diogenes enim Laërtius cap. 47. dicit Solonem jam paullo ante Pisistrati tyrannidem Atheniensibus suasisse τὴν ἐν Θρᾴκῃ χεῤῥόνησον προσκτήσασθαι. quidquid sit, floruit Miltiades Cypseli f. dominante Pisistrato, non vero Miltiades Cimonis f. nam Nepos cap. 8. dicit *Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant.* de tempore Pisistrati Gron. ad Gellium L. IX. cap. 2. & Perizon ad Aelianum Lib. III. cap. 21.

ſet, ſeſe dedituros: ſe autem domum Cherſoneſi habere. Cares, qui tum 1 Lemnum incolebant, etſi praeter opinionem res ceciderat, tamen non 2 dicto, ſed ſecunda fortuna adverſariorum capti, reſiſtere auſi non ſunt, atque ex inſula demigrarunt. Pari felicitate ceteras inſulas, quae Cyclades nominantur, ſub Athenienſium redegit poteſtatem.

CAPUT III.

Eisdem temporibus Perſarum rex Darius, ex Aſia in Europam exercitu 3 trajecto, Scythis bellum inferre decrevit. Pontem fecit in 4 Hiſtro flumine, qua 1

1 *Lemnum*] vid. Cuperi Harpocratem p. 128. Hiſtoriam debet Herodoto Lib. VI. cap. 139, 140. Haec inſula in Athenienſium poteſtate remanſit etiam pace Antalcidea. vide Xenophont. Hiſtor. Graec. Lib. V. p. m. 430.

2 *Dicto*] i. e. pacto, promiſſo. in Eumene cap. 2. *Data Eumeni eſt Cappadocia ſive potius dicta.* vide Heuſinger. ad h. l.

3 *Trajecto*] Ne cum Cod. Voſſiano lege *trajectam* vid. Obſ. Miſcell. p. 521.

4 *Iſtro*] Lege *Hiſtro.* Antiqui enim adſpirabant. vid. Bernecc. ad Juſtinum Lib. XXXII. cap. 3. & Broukh. ad Tibull. Lib. IV. El. I. vſ. 146. Maximum Hiſtri oſtium, *Sacrum* dictum, ponte junxit Darius. vid. Euſt. ad Dionyſ. Perieg. vſ. 298. Arrianus Lib. V. E. A. M. cap. 7. pag. 204. de hoc & aliis pontibus in flumine factis egit.

qua copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia & Aeolide duxerat. Quibus singulis ipsarum urbium perpetua
2 dederat imperia. Sic enim putavit facillime se 1 Græca lingua loquentes, qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, se oppresso, nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia
3 crederetur. Hic, quum crebri adferrent nuntii, male rem gerere Darium, premique ab Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes: ne a fortuna datam 2 occasionem liberandae Graeciae dimitterent.
4 Nam si cum his copiis, quas secum transportaverat, interiisset Darius, non solum Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Graeci genere, liberos a Persarum futuros dominatione & periculo. 3 Id facile effici posse. Ponte enim rescisso Regem vel hostium ferro, vel

1 *Graeca lingua loquentes*] Sic *lingua Latina loqui* Naevius apud A. Gellium Lib. I. cap. 24.

2 *Occasionem liberandae Graeciae dimitterent*] Gebhardi notis adde Cl. Oudend. ad Jul. Caesarem Lib. I. de B. Civ. cap. 73.

3 *Id & facile effici posse.*] Dele τὸ *et*, & mox *rescisso* retine. vid. Cl. Oud. ad Jul. Caesar. Lib. VI. B. G. cap. 29. & Lib. VII. cap. 50.

vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium quum plerique adcede- 5
rent, 1 Histiaeus Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens: non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire, & multitudini: quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio. Quo exstincto ipsos potestate expulsos civibus suis poenas daturos. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam confirmari regnum Persarum. Hujus quum sententiam plurimi 6
essent secuti, Miltiades, non dubitans, tam multis consciis, ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit, tamen magnopere est laudanda: quum amicior omnium libertati, quam suae fuerit dominationi.

1 *Histiaeus Milesius*] Lysagorae filius Mileti tyrannus. de eo, ejusque fato Herodot. Lib. v. cap. 23, 30, 35. 106, 126. Lib. vi. cap. 15, 29, 30. A. Gell. Lib. xvii. cap. 9. Nepos exprimit locum Herodoti Lib. iv. cap. 137. ut recte Lambinus vidit.

CAPUT IV.

1 1 Darius autem, quum ex Europa in Asiam rediisset, 2 hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit, eique Datim praefecit, & Artaphernem; hisque ducenta peditum mil-

1 *Darius autem*] Darius antea miserat caduceatores a Lacedaemoniis & Atheniensibus terram & aquam petitum, quorum alii in voraginem, alii in puteum praecipitati, & vita privati fuerunt. Atheniensibus hos interficiendi consilium dederat noster Miltiades Cimonis filius. Vide Herodotum Lib. VII. cap. 133. Pausan. L. III. cap. 12. p. 236. Tzetzen ad Lycophron. vs. 1432. Errat Himerius Sophista apud Photium p. 1080. narrans, Xerxis Legatos ab Atheniensibus hoc modo esse violatos, quum Darii Legati tam indigne fuerint habiti. ideoque Xerxes neque Athenas neque Spartam legatos misit. v. Herodot. l. l. cap. 131, 132, 133. sed ad alios Graecos juxta solennem deditionis apud Persas formulam. confer Diod. Sicul. L. XI. cap. 2. ubi v. P. Wess.

2 *Hortantibus amicis*] Inter quos Pisistratidae. praecipue Hippias in exsilium ejectus sese Dario ducem offert adversus suam patriam. Vide Justinum Lib. II. cap. 9. Herodotum Lib. VI. cap. 94. & 102. Thucydidem Lib. VI. cap. 60. & Tzetzen ad Lycophron. vs. 1432. Verum Hippias in pugna Marathonia cecidit. Vide Justinum l. l. & Ciceron. ad Atticum Lib. IX. Ep. 10. *Nefarius Hippias Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens.*

millia, & decem equitum dedit: caussam interferens, se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis expugnassent, suaque praesidia interfecissent. Illi praefecti regii classe ad Euboeam adpulsa celeriter 1 Eretriam ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias 2 in campum Marathona deduxerunt. Is abest ab oppido cir- 2

1 *Eretriam*] Eretrienses tamen tum temporis virtute bellica erant illustres. Vide Platon. in Menexeno pag. 520. & Plut. de Herodoti Malignit. p. 862. Imo segnes urbis introitu prohibebant. Vide Plut. Quaest. G. T. II. p. 293. quamquam Themistocles tamen in Apophth. p. 185. dixit, Eretrienses gladium quidem, sed cor non habere. Quidquid sit; fortiter dimicarunt hoc tempore, sed per proditionem dediti ab Euphorbo & Philagro Herodot. L. VI. c. 101. Pausan. Lib. VII. cap. 10. Plutarch. de Garrulit. T. II. p. 610. De proditione tacet Plato l. l. & Lib. IV. de Legg. p. 318. nec non Strabo Lib. X. p. 687. item Himerius Sophista apud Photium p. 1108. Graeci utuntur verbo σαγηνεύειν, & σαγήνευμα pro quo Latini *claudere*, *includere*, vel *cingere indagine*. V. Duk. ad Flor. L. III. cap. 6. §. 11. Eleganter hoc exprimit Homerus Il. E. vs. 487.

2 *In campum Marathona*] Montem vocat Scholiastes Aeschyli in Pers. vs. 475. sed vide Strabon. Lib. VIII. p. 607. cum Casauboni nota. & p. 588. & Lib. IX. p. 611. Prope Marathonem Mons est Panis. V. Pausan. Lib. I. cap. 32. prope fin.

circiter millia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo, tamque magno permoti, auxilium nusquam, 1 nisi à Lacedaemoniis, petiverunt: 2 Phidippidemque cursorem ejus generis, qui 3 hemerodromoe vocantur, Lacedaemonem miserunt, ut nuntiaret, quam celeri opus esset auxilio. 4 Domi autem creant decem 5 praetores, qui exercitui praeessent,

1 *Nisi a Lacedaemoniis*] Sed hi adventum distulerunt propter plenilunium. V. Strabon. Lib. 9. p. 611. & Rave ad cap. 5. hujus Vitae.

2 *Philippidem*] lege *Phidippidem* vid. Salmas. Ex. Plin. p. 33. Palmer. in Pausaniae Attica p. 366. De eo vide Plutarchum de Herodoti Malign. T. II. p. 862.

3 *Hemerodromi*] lege *Hemerodromoe* v. Munck. ad Hygin. Lib. II. A. P. cap. 2. de *Hemerodromis* praeter alios videndus Dukerus ad Livium Lib. XXXI. cap. 24. Apud Persas equitibus utebantur ad hoc ministerium. vide Stanlei ad Aeschyli Persas vs. 247. Brisson. Lib. I. de Reg. Persar. cap. 238, 239. Graeci in Militia navali nuntios habebant, qui expeditis & magna remorum copia instructis navigiis utebantur, de quibus Herodotus Lib. VIII. cap. 21, 22, 23.

4 *Domi autem creati decem praetores*] lege *Domi autem creant decem praetores —— in eis Miltiadem.* Ita canit Ovidius *deceperat omnes, in quibus Ajacem.* vid. Gron. ad Livium Lib. VI. cap. 14.

5 *Praetores*] Hi eligebantur in bellis, & vocabantur στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων vel ἐπὶ τὰς ὁπλίτας, & habebant jus vocandae concionis. vide Periz. ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 17. §. 12.

De

sent, in eis Miltiadem, inter quos magna fuit contentio, utrum moenibus se defen- 5
derent, an obviam irent hostibus, acieque decernerent. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent, id si factum esset, & civibus animum adcessurum, quum viderent de eorum virtute non desperari: & hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent, audere adversus se tam exiguis copiis dimicare.

CAPUT V.

Hoc in tempore nulla civitas Athe- 1
niensibus auxilio fuit 1 praeter Plataeenses, ea mille misit militum. Itaque ho-

De hujusmodi decem ducibus creatis in bello Xenophon. Lib. VI. Exp. Cyri pag. 293. De Achaeorum duobus στρατηγοῖς, & unico Jonum vid. Strabon. Lib. VIII. p. 590, 591. & ante eum Polybius Lib. II. cap. 43. Sed hi ab illis diversi sunt. Atheniensium στρατηγοῖς aderat undecimus Polemarchus Callimachus Aphidnaeus, ad quem inprimis suam Orationem direxit Miltiades. vid. Herodotum Lib. VI. cap. 109. Hic dextrum cornu tenuit juxta legem. cap. III. Sed navali pugna occubuit. cap 114.

1 *Praeter Plataeenses*] Lege cum Cl. Oud. ad J. Caesarem Lib. I. B. G. cap. 5. *praeter Plataeensium.* Plato l. I. p. 520. & Lib. III. de Legg. p. 814. & Lib. IV. de Legg. p. 818. dicit, nullum

horum adventu decem millia armatorum completa sunt: quae manus mirabili fla-
2 grabat pugnandi cupiditate, quo factum est, ut plus, quam conlegae, Miltiades valuerit; ejus enim auctoritate inpulsi Athenienses, copias ex urbe eduxerunt,
3 locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis radicibus, acie e regione instructa, nova arte, vi summa praelium commiserunt, (1 namque arbores multis locis erant rarae,) hoc consilio,

lum Graecorum Eretriensibus aut Atheniensibus. succurrisse, ideo hujus victoriae laudem sibi solis vindicant Athenienses apud Herodotum Lib. IX. cap. 27. Pausanias tamen Lib. I. cap. 32. narrat, in campo Marathonio exstitisse tumulum Plataeensium in hac pugna caesorum. Et apud ipsos Plataeenses est fanum erectum e Manubiis, quas, una cum Atheniensibus e pugna Marathonia reportatas, diviserunt. vide Pausan. Lib. IX. cap. 4. ipse etiam Herodotus Lib. VI. cap. 111. Plataeenses adfuisse adfirmat. vide Magium ad Justinum Lib. II. cap. 9. Caeterum MS. Ox. habet *hominum adventu* lege *horum hominum adventu*. Vox saepius est ejecta immerito. Sallust. B. Cat. cap. 27. *armatos homines* dixit, ubi Cort. in Them. cap. 9. pro *omnium Grajorum* lege *hominum Grajorum*. in Alcib. cap. 11. *Thracas homines vinolentos*. adde Notas ad Pausan. cap. 1.

1 *Namque arbores multis locis erant rarae.*] Hic ab Heusingero vapulat Arnoldus a Stavern. quia inclusit has voces duobus commatibus, non vero Parenthesi. Hae nugae sunt Gram-

lio, ut & montium tegerentur altitudine, & arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur.
Datis, etsi non aequum locum videbat 4
suis, tamen fretus numero copiarum suarum confligere cupiebat: eoque magis, quod priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare, utile arbitrabatur.
Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, praeliumque
commisit. In quo tanto plus virtute va- 5
luerunt Athenienses, ut 1 decemplicem numerum hostium profligarent: adeoque per-

Grammaticorum, & vitium typothetarum esse patebit ex meis notis. sed pro *rarae*, satis sese tuetur τὸ *stratae*. caedere solebant Graeci arbores, caesasque hosti a tergo sequenti objicere nonnumquam v. Xenophont. Lib. v. Hist. Gr. p. 437, 438.

1 *Decemplicem numerum*] De numero inter Scriptores non convenit. Pausanias Lib. IV. cap. 25. p. 340. μυριάδες τριάκοντα ἔφθαρησαν τῶν Μήδων ὑπὸ ἀνδρῶν οὐδὲ ἐς μυρίους ἀριθμόν. adde Val. Maximum Lib. v. cap. 3. Ext. 3. Herodotus a Ravenio jam laudatus minuit caesorum numerum. Nihilominus tamen Herodotus a Plutarcho de Herodoti Malign. T. II. p. 862. dicitur sive a Diyllo Atheniensi Scriptore peritissimo decem talenta ab Atheniensibus dono accepisse, quia in eorum favorem scripsit. De facto ab Atheniensibus pro victoria voto, & sacrificio Dianae Agresti post victoriam oblato, de quo idem mentionem in-

perterruerunt, ut Persae non castra, sed naves peterent. Qua pugna nihil adhuc est nobilius. Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes prostravit.

CAPUT VI.

1 Cujus victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum, docere. Quo facilius intelligi possit, eandem omnium civitatum esse natu-
2 ram. Ut populi nostri honores quondam fuerunt rari & 1 tenues, ob eamque caussam gloriosi; nunc autem effusi, atque obsoleti: sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas, totamque Graeciam liberavit, 2 talis honos tributus est, in porticu, quae

injicit Plutarchus, vide Xenophontem Lib. III. Exp. Cyri p. 237. & quos laudavit Schefferus & Kuhnius ad Aelian. Lib. II. V. H. cap. 25. Caeterum quo casu Persarum clades aucta sit, docet Pausanias Lib. I. cap. 32. Diodorus Siculus Lib. XI. cap. 12, & 13. quem adducit Berneccerus ad Justinum Lib. II. cap. 9. agit de Xerxe, non de Dario, neque de Miltiade; sed de Themistocle. unde igitur numerus in hac pugna caesorum colligi nequit.

1 *Tenues*] Consule Ryckium de Capitol. R. cap. 26. pag. 270.

2 *Talis honos*] Heraclides Ponticus in Libro de Voluptate scribit tamen Atheniensium civitatem

quae Poecile vocatur, ut, quum pugna depingeretur Marathonia, in decem praetorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, 1 praeliumque committeret. Idem ille populus, 4
postea quam majus imperium est nactus, & largitione magistratuum corruptus est, 2 trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

Caput. VII.

Post hoc praelium classem septuaginta 1
navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quae barbaros adjuve-

tem hoc tempore luxuriosam fuisse. Vide Athenaeum Lib. xii. cap 1. p. 512.

1 *Praeliumque committeret*] Ad haec Sexto Boedromionis die hanc victoriam celebravit quotannis populus. v. Plut. de Glor. Ath. T. ii. p. 349. Dionysius Halicarn. Lib. v. A. R. cap. 17. p. 279, & 280. dubitat, an Athenienses in hoc praelio caesi publice fuerint laudati. Verum hanc dubitationem tollit Diodorus Siculus Lib. xi. cap. 33. qui dicit, legem in bello caesos laudandi ab Atheniensibus demum latam esse post victoriam apud Plataeas ab Atheniensibus de Persis reportatam. vid. ibi Cl. Wesseling.

2 *Trecentas statuas*] Strabo Lib. ix. p. 610. narrat, Demetrio Athenis pulso statuas hasce fuisse ab ejus adversariis dejectas, &, ut quidam ad-

juverant, bello persequeretur. Quo im-
perio plerasque ad officium redire coegit,
2 nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum
insulam opibus elatam, quum oratione
reconciliare non posset, copias e navibus
eduxit, urbem operibus clausit, omnique
commeatu privavit: deinde vineis ac te-
3 studinibus constitutis, propius muros ad-
cessit. Quum jam in eo esset, ut oppido
potiretur, procul in continenti lucus, qui
ex insula conspiciebatur, nescio quo ca-
su, nocturno tempore incensus est: cujus
flamma ut ab oppidanis & obpugnatori-
bus est visa, utrisque venit in opinionem,
4 signum a classiariis regiis datum. Quo
factum est, ut & Parii a deditione deter-
rerentur, & Miltiades timens, ne classis
regia adventaret, incensis operibus, quae
statuerat, cum totidem navibus, atque
erat profectus, Athenas, magna cum
5 offensione civium suorum rediret. Accu-
satus ergo proditionis, quod quum Pa-
rum expugnare posset, a rege conruptus
infectis rebus 1 discessisset. Eo tempore ae-
ger

addunt, ex aere inde conflato matulas factas. Sed matulas e Demadis statuis esse factas docet Plutarchus de Praec. Polit. T. II. p. 820.

1 *A pugna discessisset*] Τὸ *a pugna* ejeci auctoritate Codicum. *pugna* enim non significat oppugnationem v. Obs. Miscell. Nov. p. 524. A. 1744.

ger erat vulneribus, quae in obpugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater ejus Tisagoras. Caussa cognita, capitis absolutus pecunia mulctatus est. Eaque lis quinquaginta talentis aesti- 6
mata est, quantus 1 in classem sumtus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere non poterat, in vincula publica conjectus est, ibique diem obiit supremum.

CAPUT VIII.

Hic etsi crimine Pario est accusatus, 1
tamen alia fuit caussa damnationis. Nam Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant. Miltiades multum in impe- 2
riis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus, praesertim, quum consuetudine ad Imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi omnes illos, 3
quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat

1 *In classem*] Cum Cod. Leid. *in classes* legi posset. Classes enim pro navibus ponuntur. Vide Duk. ad Florum Lib. 1. cap. 18 §. 4. De locutione *in classes* pro ad naves aedificandas adde Burm. ad Petron. cap. 89. Satyric. p. 429. & Obs. Misc. O. N. & Dec. 1734. p. 169.

rat dominationem, 1 tyrannusque fuerat appellatus, ſed juſtus. non erat enim vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate, eamque poteſtatem bonitate 2 retinuerat. Omnes autem & habentur & dicuntur tyranni

1 *Tyrannus*] Multi in Graecia exſtitere tyranni juſtiſſimi, quorum catalogum nobis exhibet Plutarchus in De His, qui Sero a Num. pun. T. II. p. 551, & 552. Strabo Lib. XIII. p. 936. de Cibyra notat ἐτυραννεῖτο δ', ἀεὶ σωφρόνως δ' ὅμως. ſingulae autem civitates nonnunquam ſuis parebant Tyrannis. vide de Cypriis Strabon. Lib. XIV. p. 1008. & Meurſium Lib. II. de Cypro cap. 7. *Rex* & *Tyrannus* apud antiquos ſaepe idem notabat. Vide Servium ad Virgil. IV. Aen. vſ. 320. & Gron. ad Gell. XIII. 18. Attamen revera apud Graecos diſcrimen erat inter Βασιλέα & Τύραννον. Rex enim apud Graecos Legibus & Populo erat ſubjectus, conſule modo de hac re egregie differentem Dionyſium Halicarn. Lib. V. A. R. cap. 74. p. 322, 323. & J. Perizon. Diſſert. VI. de Regg. pag. 651. & ſeqq. ſed, quorum poteſtas perpetua ſupra leges & libertatem invaluerat, vocabantur Tyranni. vide Perizon. ad Aelian. II. V. H. cap. 20. haec eſt ſententia noſtri Nepotis. Aeſymnetae ideo apud Rhodios quoque interdum dicti ſunt tyranni, quia ad tempus revera abſolutam habebant poteſtatem; & Demetrius Phalereus, quia a Caſſandro invito populo datus erat Reipublicae ἐπιμελητὴς, & in ipſa Democratia plus quam ipſe populus videbatur poſſe, dictus eſt tyrannus. Vide Perizon. ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 17.

ni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quae libertate usa est. Sed in 4
Miltiade erat cum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates; nobile nomen, laus rei militaris maxima. Haec populus respiciens, maluit eum 1 innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

2 *Retinuerat*] Cum Codd. lege *retinebat*. Verbum inlustravit Graevius ad Justinum Lib. XIV. cap. 1.

1 *Innoxium plecti*] In vinculis publicis diem supremum obiit. v. Gell. Lib. XVII. cap. 21. p. 793. Val. Max. Lib. V. cap. 3. Ext. 3. imo in Barathrum fuisset dejectus, nisi obstitisset Prytanis, nempe praeses concionis. v. Platon. in Gorgia p. 352. Eadem videtur innuere Herodotus Lib. VI. cap. 136. De concione & Prytanibus vide Periz. ad Aelian. Lib. V. V. H. cap. 13. & Lib. IX. cap. 39. per δῆμον apud Herodotum concio ista intelligenda est.



Apud Fulvium Ursinum in Gemma

II. THEMISTOCLES.

CAPUT I.

1 THEMISTOCLES 1 NEOCLI F. ATHENIENSIS. Hujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur.

1 *Neocli*] Sic *Agathocli* pro *Agathoclis* Ciceroni L. IV. in Verrem cap. 55. *Versus Euripidi* pro *Euripidis* Gellio Lib. I. cap. 15. V. Obs. Misc. A. 1744. p. 525. ubi de toto hoc capite egimus.

tur. Sed ab initio eſt ordiendum. Pater ejus Neocles generoſus fuit. Is uxorem 1 Halicarnaſſiam civem duxit, ex qua natus eſt Themiſtocles. Qui quum 2 minus eſſet probatus parentibus, quod & libe-

1 *Halicarnaſſiam*] *Abrotonum* dicta mater Themiſtoclis. *Euterpe* fuit cognomen. Peregrinae mulieres ab Athenienſibus Meretricum numero habitae (vide Donat. ad Terent. Phorm. II, III. 68.) cognomen accipiebant a quadam corporis aut mentis dote. vide Athenaeum Lib. XIII. cap. 3. p. 567. & cap. 5. p. 577. cap. 7. p. 594, 595. Diodor. Sicul. Lib. XVII. pag. m. 575. Ed. Ant. Hinc credo, non erraſſe Strabonem Lib. IX. p. 629. Phrynen adpellantem *Glyceram* cognomine, proprio nomine celato. *Glycera* generale cognomen Meretricum erat, unde illa Terentiana *Glycerium.*

2 *Minus probatus parentibus*] Haec verba inluſtravi in Obſ. Miſc. A. 1744. p. 526, 527, 528. Quidquid autem de Themiſtoclis adoleſcentia adnotent ſcriptores, adparet jam in puero fuiſſe indolem futurae Imperatoriae dignitatis. Confer Juſtinum Lib. II. cap. 9. cum Aeliano L. III. V. H. cap. 21. quae tamen parentibus forſitan non tam grata fuerit, a quibus in Ludum Literarium miſſus erat, ut Homeri carmina, in Ludis hiſce tractari ſolita, (V. Aelian. L. XIII. V. H. c. 38. Plut. in Alcibiade p. 194. Platon. in Alcib. I. p. 434. & Burm. ad Petronii Satyric. cap. 5.) memoriae mandaret, quam in eo ſingularem fuiſſe ferunt. V. Ciceron. L. II. Academic. cap. 1. & ita feros mores emollire diſceret, cum tamen in eo ferox animus reman-

liberius vivebat, & rem familiarem ne-
3 gligebat, a patre exheredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam quum judicasset, sine summa industria non posse eam exstingui, totum se dedit reipublicae, diligentius amicis, famaeque serviens. Multum in judiciis privatis versabatur: saepe in concionem populi prodibat: nulla res major sine eo gerebatur, celeriterque, quae opus erant,
4 reperiebat. Quod & de instantibus (ut ait Thucycides) verissime judicabat, & de futuris callidissime conjiciebat. Neque minus in 1 rebus gerendis promptus, quam excogitandis erat. Quo factum est, ut brevi tempore inlustraretur.

Caput II.

1 Primus autem gradus fuit capessendae reipublicae bello Corcyraeo: ad quod gerendum prætor a populo factus, non solum

manserit, & a Musis aversus. V. Ciceron. L. 1. Tusc. Disput. cap. 2. & a liberiori vita postea eum non fuisse avocatum patet ex Athenaeo Lib. xii. cap. 8. in aliis tamen bonos mores probavit. V. Ciceron. Lib. ii. de Offic. cap. 20. p. 260. & Valer. Maxim. Lib. vii. cap. 2. Ext. 9.

1 *Rebus gerendis.*] Facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, & hostium consilia praecipere poterat. Vide Ciceron. Lib. 1. de Offic. cap. 30. p. 119.

ſolum præſenti bello, ſed etiam reliquo
tempore ferociorem reddidit civitatem.
Nam quum pecunia publica, quae [1] ex 2
metallis redibat, largitione magiſtratuum
quotannis interiret, ille perſuaſit populo,
ut ea pecunia claſſis centum navium aedificaretur.
Qua celeriter effecta, primum 3
Corcyraeos fregit, deinde maritimos
praedones conſectando mare tutum reddidit.
In quo cum divitiis ornavit, tum
etiam peritiſſimos belli navalis fecit Athenienſes.
Id quantae ſaluti fuerit univerſae Graeciae,
bello cognitum eſt Perſico.
Nam quum Xerxes & mari & terra [2] 4
bellum univerſae inferret Europae, cum
tantis eam copiis invaſit, quantas neque
antea, neque poſtea habuit quiſquam;
hujus enim claſſis [3] mille & ducentarum 5
na-

1 *Ex metallis*] De Argentifodinis Athenienſium in monte Laurio V. Schol. Ariſtophan. Equit. vſ. 361. & Stanlei ad Aeſchyli Perſas vſ. 238.

2 *Bellum univerſae inferret Europae*] Suaſoribus praecipue Mardonio, & Onomacrito. Stanlei ad Aeſchyli Perſas vſ. 759. ad haec deceptus ſomnio. Vide Eumd. ad vſ. 93. pater ejus Darius eamdem expeditionem ſuſcepiſſet, ſed mors ejus conſilium hoc irritum reddidit. Vid. Diodor. Sicul. L. XI. cap. 2. & Platon. de Legg. p. 818. qui ſua debent Herodoto Lib. VII. cap. 1, 2, 3, 4. quamvis contraria docere videatur Aeſchylus. V. Spanh. ad Juliani Imp. Or. 1. p. 280.

3 *Mille & ducentarum navium*] V. Stanlei ad Aeſchyli Perſas vſ. 341.

navium longarum fuit, quam duo millia 1 onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium
6 fuerunt. Cujus de adventu quum fama in Graeciam esset perlata, & maxime 2 Athenienses peti dicerentur, 3 propter pugnam Marathoniam, 4 miserunt Delphos

1 *Onerariarum*] Voss. c. habet *orariarum. Orariae* sunt, quibus oram legebant. Vide Scheffer. de Militia Navali L. 1. cap. 1. & Turneb. L. 1. Adv. cap. 16. Sed retinenda est Vetus lectio.

2 *Athenienses peti*] Disce hinc Graecorum prudentiam. Athenienses & Lacedaemonii a Gelone Syracusano auxilia petebant, quae sese missurum promittebat, si se Graecorum omnium summum ducem facerent, sed hi ultima experiri volentes potius, quam alieno parere imperio, hanc conditionem non adceperunt. Vide Herodotum Lib. VII. cap. 153. & seqq. Diodor. Siculum Lib. XI. cap. 1. timebant enim tam Gelonis, quam Barbarorum tyrannidem. Postea Hiero Gelonis frater a Themistocle hanc ob caussam Olympico certamine prohibitus est. V. Perizon. ad Aelian. L. IX. V. H. cap. 5.

3 *Propter pugnam Marathoniam*] Ob eam jam pater iterum bellum Graeciae inferre voluerat. Ut Herodotus & Diodorus Siculus l. l. docent. Alias caussas profert Ctesias apud Photium pag. 115.

4 *Miserunt Delphos consultum*] De elliptica locutione egit etiam Burm. ad Sueton. Inlustr. Gramm. cap. 2. sed forsan Nepos vocem *Legatos*

phos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret, quum intelli 7
geret nemo, Themistocles persuasit; consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent, eum enim a Deo significari 1 murum ligneum. Tali consilio 8
probato addunt ad superiores totidem 2 naves triremes: suaque omnia, quae moveri poterant, partim Salaminem, partim Troezenem asportant: 3 arcem sa-

gatos non addit, quia est vox generalior. Qui enim Delphos mittebantur, non vocabantur πρεσβεῖς, vel πρεσβευταὶ, sed θεωροὶ, vel θεόπροποι. V. Herodot. L. VII. cap. 140. Casaub. ad Athenaeum Lib. VI. cap. 13. Cuper. Lib. IV. Obs. cap. 15. & Duk. ad Thucydidem Lib. V. cap. 16. §. 83.

1 *Murum Ligneum*] V. Obs. Misc. Nov. A. 1744. p. 529. quibus adde Xenophont. L. I. H. G p. 339. ἀπετείχιζε τὴν χαλκηδόνα —— ξυλίνῳ τείχει.

2 *Naves triremes*] In uno Cod. legitur *trientes* forsan pro *trieres*. Graeca amat noster. V. Oud. ad Hirtium B. Afric. cap. 44. & Drak. ad Livium L. XXX. cap. 25. Ad haec attendat Juvenis ad *naves triremes*. Alii omittunt *naves*. sed plenius loquitur Noster, ut in Chabria cap. 3. *feram bestiam*.

3 *Arcem*] Urbis custodiam etiam Romani demandabant Senioribus. V. Liv. Lib. 5. cap. 10.

ſacerdotibus paucisque majoribus natu, ac ſacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

CAPUT III.

1 Hujus conſilium pleriſque civitatibus diſplicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque miſſi ſunt 1 delecti cum 2 Leonida Lacedaemoniorum rege, qui 3 Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterent-

1 *Delecti*] Trecentos fuiſſe docent Herodotus Lib. VII. cap. 224. Plut. de Herodoti Malign. p. 865. Aelian. L. III. V. H. c. 25. Pauſan. L. III. c. 4. p. 213. Himerius apud Photium p. 1082. & 1103. & alii. Hos Strabo L. 9. p. 656. vocat ὀλίγους τοὺς ὁμόρους τοῖς τόποις. Hi treceni erant ex Urbe Sparta, diſtinguendi a Mille ex Laconica Regione; Vide Weſſeling. ad Diodor. Sicul. Lib. XI. cap. 4, & 9.

2 *Leonida.*] Hic fuit filius Anaxandridae. de cujus Stemmate Herodotus Lib. VII. cap. 204. & 205. habuit uxorem nomine Gorgonem Plut. T. II. de Praec. Conj. p. 145. & in Apophth. Lac. p. 225. A Scholiaſte Ariſtophanis ad Equit. vſ. 55. vocatur Macedonum & Spartanorum Rex. Plura de eo Pauſan. L. III. cap. 3, 4, & 14. Ol. ad Philoſtrat. Apoll. Thyan. cap. 23.

3 *Thermopylas*] De his Herodot. VII. 176. Livius XXXI, 23. Periz. ad Aeliani III. V. H. 25. Weſſ. ad Diod. Sicul. XI, 4.

rentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, 1 eoque loco omnes interierunt. At classis communis Graeciae trecentarum navium, in qua 2 ducentae erant Atheniensium, 2

1 *Eoque loco omnes interierunt.*] Ex inscriptione, quae legitur apud Herodotum Lib. VII. cap. 228. & paucis mutatis apud Strabonem Lib. IX. p. 656. omnes fuisse caesos liquere censet Gronovius ad A. Gell. L. III. cap. 7. Qui non interiissent, nisi proditione hominis Trachinii. Vide Pausan. Lib. III. cap. 4. p. 213, 214. & Diod. Sicul. L. XI. cap. 8. quem Ephialtem Pausanias Lib. I. cap. 4. p. 11. & Schol. Aristophanis in Equit. vs. 55. Herodotus vero L. L. cap. 213. distinctius vocat Ephialtem Eurydemi filium, non Trachinium, sed Meliensem. Hos Justinus Lib. II. cap. 9. non victos, sed vincendo fatigatos esse dicit. confer Pausan. Lib. I. cap. 13. p. 32. Mors hisce erat praedicta. V. Aelian. III. V. H. 25. a vate Megistia, Herodot. VII, 219. Acarnane a Melampode oriundo. cap. 221. quem Themistean vocat Plutarchus Lac. Apophth. T. II. p. 221. In hac pugna Heroica virtute excelluere duo fratres Alpheus & Maro Orsiphanti filii, Lacones. Herod. L. L. cap. 227. postea templo culti. Pausan. III. 12. p. 237. De Leonida & hisce Spartanis plura dabunt Pausanias L. VIII. cap. 52. p. 705. X. 20. p. 846. Diodorus Sicul. L. XIV. cap. 25. Plut. Apophth. Lac. T. II. p. 225. & Casaub. ad Strabon. L. X. p. 716.

2 *Ducentae erant Atheniensium*] V. Stanlei ad Aeschyli Persas vs. 338. Strabo L. IX. pag.

ſium, primum apud Artemiſium, inter Euboeam continentemque terram cum claſſiariis regis conflixit. Anguſtias enim Themiſtocles quaerebat, ne multitudine circuiretur. Hic etſi pari praelio diſceſſerant, tamen eodem loco non ſunt auſi manere: quod erat periculum, ne, ſi pars navium adverſariorum Euboeam ſuperaſſet, ancipiti premerentur periculo. Quo factum eſt, ut ab Artemiſio diſcederent, & exadverſum Athenas apud Salamina claſſem ſuam conſtituerent.

CAPUT IV.

1 At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus adceſſit aſtu, idque nullis defendentibus, interfectis ſacerdotibus, quos in arce invenerat, 1 incendio delevit.

pag. 606. dicit, Athenienſes haud pauciores quadringentis ſolere mittere.

1 *Incendio delevit*] Cteſias apud Photium p. 118. dicit, Cuſtodes aliquantum temporis arcem defendiſſe; ſed fruſtra. V. Herodot. Lib. VIII. cap. 51, 52, 53, 54. Nequidem ſacris aedibus pepercit Xerxes per totam Graeciam praeterquam templo Epheſio. Strabo L. XIV. p. 941. adde Diod. Sicul. L. XI. c. 14. &, quae Xerxes intacta reliquerat, Mardonius funditus ſubvertit. V. cap. 28. cui adde Curtium L. IV. cap. 1. §. 11. De cauſſis, cur templa quoque incenderit V. Stanlei ad Aeſchyli Perſas

vit. Cujus fama perterriti classiarii quum 2
manere non auderent, & plurimi hortarentur, ut domos suas discederent, moenibusque se defenderent; Themistocles unus restitit, & universos esse pares ajebat, dispersos testabatur perituros, idque 1 Eurybiadi Regi Lacedaemoniorum, qui tum summae imperii praeerat, fore affirmabat. Quem quum minus, quam 3
vellet, moveret, 2 noctu de servis suis, quem

sas vs. 811, 812. Bibliothecam publicam Athenis avectam in Persas asportavit. A. Gell. L. VI. cap. ult. qui negat, arcem esse incensam contra testimonia Historicorum, quibus adde locum Diodori Siculi Lib. XVII. cap. 72.

1 *Eurybiadi Regi*] De eo Diod. Sicul. Lib. XI. c. 4, 16, 17. Pausanias L. III. c. 16. p. 248. Vir hic fuit strenuus, sed consilii expers, unde ipsi Spartani Eurybiadae Virtutis, sed Themistocli Sapientiae praemium dederunt Oleaginam coronam. Vide Herodot. L. VIII. cap. 74, & 124. & Plut. in Them. p. 115, 120. qui quoque ob prudentiam a Graecis Ulysses cognominatus est. V. Plut. T. II. de Herod. Malign. p. 869. Plura de Eurybiadis iracundo & Themistoclis prudentissimi ad tempus sedato animo, quo hic rem restituit, ille Graecos perdidisset Isocrates in Panathen. p. m. 381, 382. & Aelian. L. XIII. V. H. cap. 40. Cur vero Eurybiades Rex Lacedaemoniorum dici potuerit. V. Obs. Misc. T. VI. p. 531.

2 *Noctu de servis*] Pro aliquem de servis. V. Gron. ad Livium L. XXX. 15, 25. & Obs. Misc. Nov. T. VI. A. 1744. p. 535. De hoc

quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nunciaret suis verbis: adversarios ejus in fuga esse: qui si discessissent, majore cum labore, & longinquiore tempore, bellum confecturum, quum singulos consectari cogeretur: quos si statim adgrederetur, brevi universos obpressurum. Hoc eo valebat, ut ingratiis ad
5 depugnandum omnes cogerentur. Hac re audita barbarus nihil doli subesse credens, postridie alienissimo sibi loco, contra obportunissimo hostibus, adeo angusto mari conflixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. 1 Victus ergo est magis consilio Themistoclis, quam armis Graeciae.

CA-

Strategemate Stanlei ad Aeschyli Persas vs. 361.

1 *Victus ergo est.*] Hujus gloriae in maximam partem Aeginetae quoque veniunt. V. Diod. Sicul. L. XI. cap. 27. Strabon. L. IX. p. 603. Angustum illud mare erat inter Aeginam & Salamina. V. Schol. Aeschyli in Persis vs. 412. In hoc praelio cecidit Xerxis frater Ariamenes. V. Plut. T. II. de Frat. Am. p. 488. Alios Persas caesos enumerat Aeschylus, l. l. vs. 302, 304, & 962. De ultimis hujus naufragii tabulis ad Aedem Veneris Coliadis in littus ejectis Herodot. L. VIII cap. 96. & Strabo L. IX. p. 611. De tempore pugnae Stanlei ad Aeschyl. l. l. vs. 496. frustra Xerxi auxilio venerat Artemesia Halicarnassi

Re-

CAPUT V.

Hic etsi male rem gesserat, tamen 1
tantas habebat reliquias copiarum,
ut etiam cum his obprimere posset hostes.
Interim ab eodem gradu depulsus est.
Nam Themistocles verens, ne bellare
perseveraret, certiorem eum fecit, id agi,
ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac 1 reditu in Asiam
excluderetur. Idque ei persuasit. Itaque 2
qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est,
seque a Themistocle non superatum, sed
conservatum judicavit Sic unius viri pru- 3
dentia Graecia liberata est, Europaeque
subcubuit Asia. Haec altera victoria,
quae cum Marathonio possit comparari
tropaeo: nam pari modo apud Salamina
parvo numero navium 2 maxima post
hominum memoriam classis est devicta.

CA-

Regina. V. Herodot. L. VII. cap. 99. & Pausaniam L. III. cap. 10. p 232.

1 *Reditu in Asiam excluderetur*] Per Pontem in Hellesponto factum ex Asia in Europam ibatur. V. Diodor. Sicul. L. XI. c. 3. Strabon. L. XIII. pag. 884. Aeschyl. Pers. vs. 724, 738. & Schol. ad h. l. item Stanlei ad vs. 71.

2 *Maxima post hominum memoriam*] Mille navium. V. Plut. Glor. Ath. T. II. p. 349. & Ae-

CAPUT VI.

1 Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace. Quum enim Phalereo portu neque magno, neque bono Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piraeei portus constitutus est: isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate aequipararet, utilitate supe-
2 raret. 1 Idemque muros Atheniensium re-

schylus in Persis jam a Plutarcho in Themist. T. 1. p. 119. citatus, qui unus est instar omnium, quippe cujus frater junior Aminias unus e triremium praefectis praeter caeteros Athenienses sese virum praestitit. Vide Diod. Sicul. Lib. XI. cap. 27. & quos ibi laudat cl. Wesseling. De Aeschyli fide Casaub. ad Strabon. Lib. I. pag. 47. Duces Persarum fugere in insulam Psyttaliam, ibique ab Atheniensibus interfecti sunt. V. Herodot. L. VIII. c. 95. Pausan. Lib. I. cap. 36. L. IV. cap. ult. Plut. T. 1. in Aristide p. 323, 324. Himerius Sophista apud Photium p. 1128. & Schol. Aeschyli in Persis vs. 447. Hanc Victoriam ante decem annos Atheniensibus praedixisse fertur Vates Epimenides. V. Platon. L. I. de Legg. p. 780. Post hanc Victoriam non solum Imperium Maritimum habuere Athenienses. V. Isocrat. in Panathen. p. 382. sed Athenae & tota Graecia florere coepit. V. Diod. Sicul. Lib. XII. cap. 1. & seqq.

1 *Idemque Muros.*] Quos Athenienses iterum destruere coacti sunt a Lacedaemoniis post bellum

restituit praecipuo periculo suo. Namque Lacedaemonii caussam idoneam nacti propter barbarorum excursiones, qua negarent oportere extra Peloponnesum ullam urbem haberi, ne essent loca munita, quæ hostes possiderent, Athenienses aedificantes prohibere sunt conati. Hoc lon- 3
ge alio spectabat, atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonia & Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedaemonii, de Principatu sibi cum his certamen fore. Quare eos quam infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros [1] instrui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His præsentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themi- 5
stocles, & solus primo profectus est, reliqui legati ut tum exirent, quum satis altitudo muri exstructa videretur, praecepit: interim omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, [2] sive sacer esset, sive profanus, sive privatus, sive

bellum Peloponnesiacum. V. Plut. in Lys. p. 441. & Diodor. Sicul. L. XIII. cap. 107. & Pausan. L. I. cap. 2. p. 6.

1 *Instrui.*] Hanc Lectionem retine. V. Oud. ad Hirtium L. VIII. de B. G. cap. 41.

2 *Sive sacer esset, sive profanus, sive privatus, sive*

sive publicus: & undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

CAPUT VII.

1. Themistocles autem, ut Lacedaemonem venit, adire ad magistratus noluit, & dedit operam, ut quam longissime tempus duceret: caussam 1 interpo-
2 nens, se conlegas exspectare. Quum Lacedaemonii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque in 2 ea re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti: a quibus quum audisset, non multum
3 superesse munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum adcessit, penes quos summum imperium erat: atque apud eos contendit, falsa his esse delata: quare aequum

Sive publicus] Nihil muta. Cicero L. IV. in Verrem c. 54. *Itaque aedificiis omnibus publicis, privatis, sacris, profanis sic pepercit.*

1 *Interponens*] V Oud. ad Hirtium L. VIII. B. G. cap. 48. & Burm. ad Phaedrum L. V. prol. 2. vs. 1.

2 *Ea re conari fallere*] Lege *in ea re conari fallere*, V. Obs. Misc. Nov. A. 1744. p. 531.

3 *Superesse.*] Retinendum. Haud ubivis inculcandum est verbum *superare*. V. Oud. ad J. Caesar. L. II. B. G. c. 28.

quum eſſe, illos Viros bonos nobileſque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent: interea ſe obſidem retinerent. Geſtus eſt ei mos, tresque legati, 3
functi ſummis honoribus, Athenas miſſi ſunt. Cum his conlegas ſuos Themiſtocles juſſit proficiſci: eisque prædixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, quam ipſe eſſet remiſſus. Hos 4
poſtquam Athenas perveniſſe ratus eſt, [1] ad magiſtratum, ſenatumque Lacedaemoniorum adiit, & apud eos liberrime profeſſus eſt, Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium facere poſſent, Deos publicos, ſuosque, patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe. Neque eo, quod inutile eſſet Graeciae, feciſſe; nam illorum urbem, [2] ut propugnaculum, 5
obpoſitam eſſe barbaris, apud quam jam bis

1 *Ad Magiſtratum Senatumque*] Id eſt Conſilium Ephororum, & τῶν γερόντων, ſive Seniorum, qui γέροντες, ſive Seniores diſtinguendi ſunt ab Ephoris. de quibus Plato de Legg. Lib. III. pag. 813. Pauſan. L. III. cap. 5. p. 215. & cap. 11. p. 231. Plut. T. II. de Apophth. Lac. p. 231. Cic. L. 1. de Divin. c. 43. & Spanh. ad Julian. Orat. 1. p. 127.

2 *Ut propugnaculum obpoſitam.*] Ita legendum. & mox *claſſes regias.* V. Obſ. Miſc. Nov. A. 1744. p. 532, 533, 534.

6 bis classes regias fecisse naufragium. Lacedaemonios autem male & injuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universae Graeciae utile esset. Quare si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent, aliter illos numquam 1 in patriam recepturi.

CAPUT VIII.

Tamen 2 non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eumdem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testa-

1 *In patriam essent recepturi.*] Tò *essent* delevi auctoritate Gronovii ad Livium L. XXXIV. cap. 29.

2 *Non effugit civium suorum invidiam.*] Invidia non tantum gloriae, sed & potentiae comes, ut ait Thucydides, notante Plutarcho de Vit. Pud. T. II. p. 535. Hoc monstrum regnavit Athenis jam ab Heroicis usque temporibus. Theseus patria exsul vitam finivit, quo nemo praeclarius de Atheniensibus meritus est. Vide Diodor. Sicul. L. IV. cap. 61. 62. Omnes fere Atheniensium Principes a suorum civium conspectu ad invidiam effugiendam recesserunt. Vide in Chabriae Vita cap. 3. & Val. Maxim. Lib. V. cap. 3. Ext. 3. ipse Themistocles lepide & simul acriter perstrinxit ingratum erga se Atheniensium animum. V. Plut. T. II. in Apophth. p. 185. & de Sui Laude p. 541. & Aelian. L. IX. V. H. cap.

testarum suffragiis e civitate ejectus, Argos habitatum concessit. Hic quum pro- 2
pter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem adcusarent, quod societatem cum rege Persarum ad Graeciam obprimendam fecisset.
Hoc crimine absens proditionis est da- 3
mnatus. Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, Corcyram demigravit. Ibi quum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedaemonii & Athenienses indicerent, ad Admetum Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit.
Huc quum venisset, & in praesen- 4
tia rex abesset, quo majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam abripuit, & cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur cerimonia, conjecit. Inde non prius egressus est, quam rex eum data dextra in fidem reciperet: quam praestitit.
Nam quum ab Athe- 5
niensibus & Lacedaemoniis exposceretur pu-

cap. 18. Nec solum Athenis. Confer, quae notat de ingratis Carthaginiensibus Diodor. Siculus Lib. xx. cap. 10. adde Isocratis dictum de Atheniensibus Lib. xii. cap. 52. Neque inopinata perpessus est, sciens jam adolescens, invidiam laborum esse praemium. Vide Plut. de Invid. & Odio p. 537.

publice, ſubplicem non prodidit; monuitque, ut conſuleret ſibi. Difficile enim eſſe, in tam propinquo loco tuto eum verſari. Itaque 1 Pydnam eum deduci juſſit, & quod ſatis eſſet praeſidii, dedit. Hac re audita hic in navem omnibus ignotus 2 adſcendit. Quae quum tempeſtate maxima Naxum ferretur, ubi tum Athenienſium erat exercitus, ſenſit Themiſtocles, ſi eo perveniſſet, ſibi eſſe pereundum. Hac neceſſitate coactus domino navis, 3 qui ſit, aperit, multa pollicens, ſi ſe
7 conſervaſſet. At ille clariſſimi viri captus miſericordia, diem noctemque procul ab inſula 4 in ſalo navem tenuit in ancoris; neque quemquam ex ea exire paſſus eſt. Inde Epheſum pervenit, ibique Themiſtoclem

1 *Pydnam.*] Ita ſcribendum, quae Alexandri urbs vocatur a Thucydide L. I. c. 137. De hac urbe Plut. in Them. 124. & cl. Weſſeling. ad Diod. Sicul. L. XIII. c. 49.

2 *Adſcendit.*] Retine hanc Lectionem, ubivis enim intrudere verbum *eſcendere* vanum eſt. V. Duk. & Drak. ad Livium XXXI. 29. Oud. & Davis. ad Cæſar. V. B. G. 7. qui ad cap. 46. eodem modo *adferre* & *efferre* confundi docet.

3 *Qui ſit.*] Hanc lectionem retine. V. Oud. ad J. Cæſar. L. I. B. G. c. 48. Sic *quique pro quiſque* dixere. Gron. ad Livium XXIV, 15.

4 *In ſalo navem tenuit.*] V. Davis. & Oud. ad Hirtium de B. Afric. c. 46.

stoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam postea retulit.

CAPUT IX.

Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem 1 Xerxe regnante in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod aetate 2 proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, & ejusdem civitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse. 3 *Themistocles veni*

1 *Xerxe regnante*] Consule tu Lector cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. XI. cap. 23. 56, 57, 58, 59. Acutissimus Dukerus recte observat ad Thucydid. Lib. I cap. 137. ex verbis Epistolae *quum mibi necesse fuit adversum patrem tuum bellare*, (vel ut apud Thucydidem Graece sonant ὅσον χρόνον τὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκη ἠμυνόμην.) patere, Themistoclem ad Artaxerxem venisse, cujus patrem Xerxem devicit ad Salamina. Fuit quidem in praelio Marathonio Themistocles adversus Darium, sed adolescens & tiro, non Dux. V. Justin. II, 9. Nodum solvere conatus est B. Brissonius L. I. de Regn. Persar. cap. 151. dicens, Artaxerxem hunc Xerxis nomen quoque obtinuisse.

2 *Proximus erat, qui*] V. Obs. Misc. Nov. 1744. p. 534, 535.

3 *Themistocles veni ad te*] Forsan *venio* legendum. Thucydid. L. I. cap. 137. Θεμιστοκλῆς ἥκω

veni ad te, qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli, quum mihi necesse fuit adversum patrem tuum bellare,
3 *patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, postquam in tuto ipse, & ille in periculo esse coepit. Nam quum in Asiam reverti vellet, praelio apud Salamina facto, literis eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus circuiretur.*
4 *Quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc ad te autem confugi exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem rogo, ut de his rebus, de quibus tecum conloqui volo,* 1 *annum mihi temporis des, eoque transacto, me ad te venire patiaris.*

CA-

ἥκω παρὰ σέ. de qua locutione Vir Doctus egit in Notis ad Xenophontem Ephesium in Obs. Misc. Nov. A. 1744. p. 491, 492.

1 *Annum mihi temporis des.*] Tempus non definitur a Plut. T. II. Apophth. 185. neque a Diod. Siculo L. XI. cap. 57. qui addit, Mandanen Xerxis sororem a fratre Rege petiisse, ut Themistoclem ultimo adficeret supplicio, ei infestam propter filios in Salaminia pugna desideratos. Plut. in hujus vita p. 126. annum petiisse, eique a Rege fuisse concessum scribit, cui ut & Nostro praeivit Thucydides L. I. cap. 137, 138.

CAPUT X.

Hujus Rex animi magnitudinem admi- 1
rans, cupiensque, talem virum sibi conciliari, veniam dedit. Ille omne illud tempus literis, sermonique Persarum dedit, quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur 1 apud Regem verba fecisse, quam hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic quum multa regi esset 2
pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Graeciam bello obpressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, domiciliumque 2 Magnesiae sibi constituit. Nam-

1 *Apud Regem verba fecisse*] Cum Rege Persarum colloqui, nedum in conspectum ejus venire cuiquam licet, nisi eum Persarum more venerato. Quem honorem primus e Graecis huic Regi habuit Themistocles. Plut. in Them. p. 125. & ita olim Victor victi hostis genua complexus est, ut ait Valer. Max. V, III. Ext. 3. Themistoclem imitatus est Timagoras Cretensis, vel, ut ait Phanias Peripateticus, Entimus Gortynius. Vide Athenaeum L. II. cap. 7. p. 48. quam venerationem Graeci alioquin exosi erant. Vide Stanlei ad Aeschyli Persas vs. 590. & Brisson. de Regno Persar. Lib. I, cap. 20, 21, 22.

2 *Magnesiae*] Duae olim fuere Magnesiae, altera sub monte Sipylo: altera prope Ephesum

3 Namque hanc urbem ei rex donarat, his usus verbis, quae ei panem praeberet: ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: 1 Lampsacum, unde vinum sumeret: Myuntem, ex qua 2 opsonium haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum prope oppidum, in quo est se-
4 pultus: statuae in foro Magnesiae. De cu-

sum ad fluvium Maeandrum, condita a Leucippo Care. V. Schol. Apoll. Rh. 1. Arg. 584. Periz. ad Aelian. L. xiv. cap. 46. & haec est urbs, in qua Themistocles habitavit. Diod. Sicul. L. xi. cap. 57. In hac urbe erat templum Dindymenae matris Deorum, cujus sacerdos fuit Themistoclis uxor, vel, ut alii dicunt, filia. V. Strabon. L. xiv. p. 958. & usque ad Plutarchi aetatem Themistoclis posteris nonnulli, quibus olim Themistocles fruebatur Magnesiae, mansere honores. V. Plut. Them. p. 128.

1 *Lampsacum*] Haec urbs in Hellesponto sita opulenta erat, vino, frumento & aliis rebus abundans. V. Xenophont. L. ii. H. Gr. p. 355. quae ob vini abundantiam a Priapo condita esse fingitur juxta Demosthenem. V. Stephan. Byzant. cui incolae sacra faciunt. V. Athenae. L. i. c. 23. p. 30. & quidem immolant asellum V. Lactant. Firm. Inst. Epit. cap. 23. T. ii. p. 1240. incolae sunt natura, consuetudine, & disciplina lenissimi. V. Ciceron. L. i. in Verrem cap. 24. & 32.

2 *Opsonium*] Id est pisces V. Duk. ad Thucyd. 1, 138. p. 90. ubi plura.

cujus morte multis modis apud plerosque scriptum est: sed nos eumdem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum: neque negat 1 fuisse famam, venenum sua sponte sumpsisse, quum se, quae Regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare 2 posse desperaret. Idem ossa ejus clam in Attica ab amicis esse sepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus, memoriae prodidit.

1 *Fuisse famam*] Ab ipsis Artaxerxis amicis jam profectam, qui eum oderant propter gratiam, qua apud Regem valebat. Plut. in Themist. p. 126. potius credo, quam fictam a Clitarcho & Stratocle, ut putat Cicero in Bruto cap. XI. aut a male intellectis Sophoclis versibus ortam, ut Symmachus censet Aristophanis interpres a Dukero ad Thucydidem jam citatus. Vide praeterea Obs. Misc. Nov. 1744. 536.

2 *Posse desperaret*] Imo nollet. V. Cic. IX. ad Attic. Epist. 10. p. 54.

III. ARISTIDES.

CAPUT I.

1 ARISTIDES LYSIMACHI F.
ATHENIENSIS, aequalis
fere fuit Themistocli. Itaque
cum eo de principatu contendit.
Namque 1 obtrectarunt inter
2 se. In his autem cognitum est, quanto
antistaret eloquentia innocentiae. quamquam
enim adeo excellebat Aristides abstinentia,
ut unus post hominum memoriam,
quod quidem nos audierimus,
cognomine Justus sit appellatus, tamen
a Themistocle conlabefactus testula illa,
3 exsilio decem annorum mulctatus est. Qui
quidem, quum intelligeret, reprimi concitatam
multitudinem non posse, 2 cedensque

que

1 *Obtrectarunt inter se.*] Iidem tamen simultatem deponebant, si salus publica ageretur. Saltim Aristides, ut Reip. bene consuleret, nullam inimicitiarum, quas cum eo nil tale merito susceperat Themistocles, habebat rationem. Vide Plut. in Coriol. p. 234. & quos laudat J. Perizon. ad Aelian. L. XIII. V. H. cap. 44. Adde Obs. Misc. A. 1744. p. 537.

2 *Cedensque*] Lectionem retine. Cedere sese dicebant Gladiatores victi. V. Bun. ad Lactant.

que animadverteret quemdam [1] scribentem, ut patria pelleretur, quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur? Cui ille respondit: se ignorare 4
Aristidem; sed sibi non placere, quod tam cupide elaborasset, ut praeter ceteros justus appellaretur. Hic decem annorum 5
legitimam poenam non pertulit. Nam, postquam Xerxes in Graeciam descendit, sexto fere anno, quam erat expulsus, populi scito in patriam restitutus est.

CAPUT II.

Interfuit autem [2] pugnae navali apud 1
Salamina, quae facta est prius, quam poena liberaretur. Idem praetor fuit Atheniensium apud Plataeas in praelio, quo Mardonius fusus, barbarorumque exercitus interfectus est. Neque aliud est ul- 2
lum hujus in re militari inlustre factum, quam

Lactant. Firm. L. III. de Fals. Sap. cap. 28. §. 9.

1 *Scribentem, ut patria pelleretur,*] Sic Curt. III. c. 12. §. 3. *in quîs erat scriptum, ut mature Alexander aliquem ex ducibus suis mitteret.*

2 *Pugnae navali*] Politica & Militaria tractabat simul Aristides. V. Plut. in Phocione p. 744, 745.

quam hujus imperii memoria. Justitiae vero & aequitatis, & innocentiae multa. In primis, quod ejus aequitate factum est, quum in communi classe esset Graeciae simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi 1 ab Lacedaemoniis transferretur
3 ad Athenienses. Namque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedaemonii. Tum autem & intemperantia Pausaniae, & 2 justitia factum est Aristidis, ut omnes fere civitates Graeciae ad Atheniensium societatem se adplicarent, & adversus barbaros hos duces deligerent sibi, quo facilius repellerent, si forte bellum renovare conarentur.

CAPUT III.

1 Ad classes aedificandas, exercitusque comparandos quantum pecuniae quaeque civitas daret, Aristides dele-

1 *Ab Lacedaemoniis transferretur ad Athenienses.*] Qui hoc imperium iterum amisere bello Peloponnesiaco. V. Diod. Sicul. L. XIII. c. 107. & L. XIV. cap. 10. item If. Casaub. ad Polybium p. 96, 97, 98, 99, 100. quem quoque citavit Cl. Wesseling ad Diod.

2 *Justitia factum est Aristidis*,] Temporibus prudentissime inserviebat Aristides, & contemtos Pausaniae mores ad patriae suae utilitatem

delectus est, qui constitueret. Ejus arbitrio quadringena & sexagena talenta quotannis Delum sunt conlata. Id enim commune aerarium esse voluerunt. 1 Quae omnis pecunia postero tempore Athenas trans-

litatem convertebat. V. Diod. Sicul. L. XI. cap. 44, 45, 46.

1 *Quae omnis pecunia postero tempore Athenas translata est.*] Haec pecunia (de summa non constat) ab Atheniensibus, veritis, ne Lacedaemoniis a societatis fide deficientibus praedae ac rapinae esset (V. Justin. III, 6.) Delo Athenas translata, credita est Pericli, spectatae fidei, ut videbatur, viro, qui hujus haud exiguam partem in privatos usus conversae rationem reddere nequiens, suasore atque inpulsore Alcibiade, domi suae educato, Athenienses in gravissimum istud bellum Peloponnesiacum inplicuit. Vide Diod. Sicul. L. XII. c. 38, 39, 40, 54. Plut. in Pericle T. I. p. 158. & T. II. in Apophth. p. 186. & Schol. Aristophanis in Pace vs. 605. Quod bellum non modo Graecis sumptuosissimum fuit, ut patet e Plut. Apophth. Lac. p. 219. sed Athenienses in summas etiam deduxit angustias. V. Diod. Sic. L. XIII. cap. 107. & Plut. in Lysandro p. 440, 441. quos hujus belli anno secundo miserrimum in modum gravissima pestis vexavit descripta a Thucydide Lib. II. a cap. 47. ad cap. 58. Caeterum Athenienses praestantissimi peculatus crimini adfines fuisse dicuntur. V. Xenophont. L. IV. de Exp. Cyri p. 263. Sed Lacedaemonii quoque hoc crimine absolvi non possunt. Gylippus Spartanus, de quo Broukh. ad Tibull. IV, 1, 199. ejusque pater Clearchus,

2 tranſlata eſt. Hic qua fuerit abſtinentia,
nullum eſt certius indicium, quam quod,
quum tantis rebus praefuiſſet, in tanta
paupertate deceſſit, ut, qui efferretur, vix
3 reliquerit. Quo factum eſt, ut filiae
ejus publice alerentur, & de communi aerario dotibus datis, conlocarentur. Deceſſit autem fere poſt annum quartum, quam Themiſtocles Athenis erat expulſus.

ſive, ut alii volunt, Cleandrides idem commiſerunt. V. Diod. Sicul. L. XIII. cap. 106. & ibi Cl. Weſſeling. Sed ad rem. Athenienſes hac pecunia, ſevere ſociis imperata, & poſtea ſibi injuſte vindicata, omnium Graecorum odium ſibi contraxerunt. V. Thucyd. L. I. cap. 99. adde Cl. Dorvillium in deſcriptione Deli cap. 3. Sed culpa hujus injuriae in Ariſtidem non eſt conferenda, ut videtur Pauſaniae in Arcadicis Lib. VIII. cap. 52. Vide ibi Kuhnium.

IV. PAUSANIAS.

CAPUT I.

1 PAUSANIAS LACEDAEMONIUS, magnus homo, sed varius in omni genere vitae fuit. Nam, ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus: 1
Hujus inlustrissimum est praelium 2 apud Plataeas: namque illo duce 3 Mardonius 2
satra-

1 *Pausanias*] Cleombroti, non Hegesilai ilius fuit: V. Schol. Aristoph Equit. 84. P. ,eopard. L. xv. Emendat. cap. 8. unus tamen Pausaniae majoribus dictus est Hegesilaus. onfer: Lib. ix. cap. 63. cum L. vii. cap. 204. erodoti. Plutarchus videtur nostrum ignora- : non modo in Parallel. p. 308. eum vo- ıns Agesilai filium, sed in Apophth. Lac. p. ;o. Cleombroti filium faciens Nostri Pausa- ae nepotem, Plistonactis filium, de quo ıusanias agit L. iii. cap. 4, 5. Diod. Sicul. xiv. cap. 33. V. Dorvill. in descript. De- cap. 3.

2 *Apud Plataeas*] Hinc Pausanias, ut ab s ejusdem nominis viris distinguatur, de- ibitur ab Athenaeo L. xii. cap. 9. p. 536. ερὶ Πλαταίας νικήσας Μαρδόνιον. & a Pau- ia Lib. i. cap. 13. pag. 32. Παυσανίυ τῦ Πλάταιαν τοῖς Ἕλλησιν ἡγησαμένυ. & L. cap. 5.

Mardonius] Gobryae filius. V. Herodot.

 vi,

satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum & manu fortis & consilii plenus, cum ducentis militibus peditum, quos viritim legerat, & viginti millibus equitum, haud ita magna manu Graecia fugatus est, eo-
3 que ipse dux 1 cecidit praelio. Qua victoria

vi, 43. Pausan. IX. 1. p. 712. Certe hic fuit Darii gener, non Xerxis. Nepos deceptus est voce κηδεστὴς, qua usus Diod. Sic. L. XI. c. 1. tam notante *sororis maritum*, quam *generum*. V. Periz. ad Aelian. XII. V. H. 61.

1 *Cecidit*] Mardonii interfector a Plut. vocatur Arimnestus, ab Herodoto L. IX. c. 63. Acimnestus illustris Spartanus. De ejus corporis invito Lampone Aegineta, jubente vero Pausania non violati (V. Pausan. L. III. c. 4. in fin.) Sepulcro, & incerta funeris cura Herodot. L. IX c. 83. & Pausanias agit L. IX. cap. 2. Ab Atheniensibus Mardonii acinaces ostenditur, quem Mardonii fuisse non credit Pauf. L. I. c. 27. De thesauro in Mardonii tabernaculi septo frustra a Polycrate Atheniensi quaesito V. Schol. Aristophanis Equit. vs. 753. Plataeenses tamen ingentes thesauros in castris relictos invenere, quibus divisis Graecos divitiarum luxuria primum cepit. Herod. l. l. c. 82. & Justin. L. II. c. 14. Plataeenses ob hanc victoriam Jovi Eleutherio templum posuerunt, & instituerunt festum. V. Strabon. L. IX. p. 632. & Plut. in Aristide p. 330, 331. de quo Jove Spanh. ad Juliani Or. I. p. 282. & quos laudo ad Hygin. f. 237. De tempore pugnae Periz. ad Aelian. II, 25.

In

ctoria elatus plurima miscere coepit, & majora concupiscere. Sed primum in eo est reprehensus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, [1] epigrammate scripto, in quo erat hæc sententia; SUO DUCTU BARBAROS APUD PLATAEAS ESSE DELETOS, EJUSQUE VICTORIAE ERGO APOLLINI DONUM DEDISSE. Hos versus Lacedaemonii ex- 4
sculpserunt, neque aliud scripserunt, quam nomina earum [2] civitatum, quarum auxilio Persae erant victi.

CAPUT II.

Post id praelium, eumdem Pausaniam 1
[3] cum classe communi Cyprum, atque Hellespontum miserunt, ut ex his regio-

In hac pugna soli ex omnibus Graecis Thebani a Rege Persarum steterunt. V. Xenophont. L. VII. H. Gr. p. 485. Adde Arrian. Lib. I. Exp. A. M. cap. 9. p. 21. & Diod. Sicul. L. XI. cap. 33.

1 *Epigrammate*] Quod scripserat Simonides. V. Pausan. L. III. c 8. aliud Epigramma forsitan eraso Pausaniae epigrammati substitutum profert Diod. Siculus L. XI. cap. 33. cum Cl. Wesselingii nota.

2 *Civitatum*] Ed. Traj. *civitatium* quod probat Cl. Arntz ad Plinii Sec. Paneg. cap. 20.

3 *Cum classe communi Cyprum.*] V. Platon. in Menex. p. 521.

gionibus barbarorum præsidia depelleret.

2 Pari felicitate in ea re usus, elatius se gerere coepit, majoresque adpetere res. Nam, quum, 1 Byzantio expugnato, cepisset complures Persarum nobiles, atque in his nonnullos Regis propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans, ex vinculis publicis effugisse; & cum his Gongylum Eretriensem, qui litteras Regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta Thucydides

3 memoriae prodidit. *Pausanias dux Spartae, quos Byzantii ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri misit; seque tecum adfinitate conjungi cupit: quare, si tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum.*

4 *Id si feceris, & Spartam, & ceteram Graeciam sub tuam potestatem se, adjuvante te, redacturam pollicetur. His de rebus si quid geri volueris, certum hominem ad*

5 *eum mittas face, cum quo conloquatur.* Rex tot hominum salute, tam sibi necessariorum, magnopere gavisus, confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit, in qua eum conlaudat, ac petit, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quae 2 pollicetur.

1 *Byzantio expugnato*] Pausanias hanc urbem captam e Persarum tyrannide in libertatem vindicavit, Vide Diod. Sicul. Lib. xi. cap. 44. quae ideo a Pausania condita dicitur a Justino Lib. ix. cap. 1.

2 *Pollicetur*] Cave, ne legas cum Heusingero

licetur. Si fecerit, nullius rei a se repulsam laturum. Hujus Pausanias voluntate 6 cognita, alacrior ad rem gerendam factus, in subspicionem cecidit Lacedaemoniorum. In quo facto domum revocatus, accusatus capitis, absolvitur; mulctatur tamen pecunia: quam ob caussam ad classem remissus non est.

CAPUT III.

At ille 1 post non multo sua sponte 1 ad exercitum rediit, & ibi non callida, sed dementi ratione, cogitata patefecit. Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum, vestitumque mutavit. Adparatu regio utebatur, 2 veste Medica: 2 satel-

ro *polliceretur.* Praesens tempus praecessit, praesens sequatur oportet.

1 *Post non multo*] Sic *post paullo* pro *paullo post* alii. V. Burm. ad Quinctil. II. Inst. Or. cap. 5.

2 *Veste Medica:*] Cur Persica vestis vocetur Medica, docet Strabo L. XI. p. 797. nempe, quia Persae ejus usum debent Medis, unde Xenophon L. VIII. Cyropaed. citatus ab Athenaeo L. XII. c. 2. vocat eam Medorum Stolam. Sed vide Brisson. L. I. de R. P. cap. 55, 56. quidquid sit, vestigia Pausaniae pressere Alcibiades, & Alexander. V. Athenaeum L. XII. cap. 9. p. 535. Alexander soli e Macedonibus Peucesti Medicae vestis usum con-

satellites Medi & Aegyptii sequebantur: epulabatur more Persarum luxuriosius, 3 quam, qui aderant, perpeti possent: aditum petentibus conveniendi non dabat: superbe respondebat, & crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat: 1 Colonas, qui locus in agro Troade est, se contulerat: ibi consilia cum patriae, tum sibi 4 inimica capiebat. Id postquam Lacedaemonii resciverunt, legatos ad eum 2 cum scytala miserunt: in qua more illorum erat scriptum, *nisi domum reverteretur,* 5 *se capitis eum damnaturos.* Hoc nuntio 3 motus, sperans, se etiam pecunia & potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab epho-

ris

cesserat. Caussam docet Diodorus Sic. L. XIX. cap. 14. Longe alia Justinus Lib. XII. cap. 3. narrat.

1 *Colonas,*] Ita scribe. Thucydidem sequitur L. I. c. 131. De hoc loco Xenophon L. III. H. G. p. 376, 377. Diod. Sicul. L. XIV. c. 38. Pausanias L. X. c. 14. Plura sunt hujus nominis. V. Strabon. L. XIII. p. 882. Hinc Daes Colonensis Historicus. p. 911.

2 *Cum scytala*] Cl. Oudend. ad J. Caesarem L. V. B. c. 12. auctori restituendum credit *cum talea.* Graeca quidem retinet noster, non tamen eam conjecturam rejicio.

3 *Commotus*] Lege *motus.* Curtius Nepotis imitator L. III. c. 2. §. 1. *Darius nuntiata Memnonis morte, haud secus, quam par erat, motus,*

ris in vincula publica conjectus est. (Licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere 1 Regi.) Hinc tamen se expedivit. Neque eo magis carebat subspicione. Nam opinio manebat, eum cum Rege habere societatem. Est genus quoddam homi- 6
num, quod *Helotes* vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, servorumque munere fungitur. Hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur. Sed quod harum rerum nullum 7
erat apertum crimen, quo argui posset, non putabant de tali tamque claro viro subspicionibus oportere judicari: sed exspectandum, dum se ipsa res aperiret.

C A-

1 *Regi.*] Non erat rex, sed Plistarchi nondum regno maturi tutor. V. Herodot. IX. 10. Pausan. III. 4. Diod. Sicul. XI. 29. Regia tamen e stirpe fuit, nam Pausaniae filius Plistoanax successit Plistarcho mature decedenti. V. Pauf. l. I. c. 5. cui succedere is non potuisset, nisi e sanguine regio ipse pater fuisset ortus, & quidem ex progenie Eurysthenis Herculem generis auctorem habentis. vide Herodotum L. IX. c. 63. & L. VII. cap. 204. unde in superbo isto epigrammate jussu suo prope Byzantium tripodi inscripto sese vocat late patentis Graeciae principem, & ab ultima Heraclidarum stirpe generatum, ut Nymphis Heracleota narrat apud Athenaeum L. XII. c. 9. p. 536. & dignitate regia pollebat, ut omnes Proreges & Propraetores, qui inde saepissime praetores vocantur. Vide praeter alios Masson. in Vita Horatii p. 49, 50.

CAPUT IV.

1 Interim 1 Argilius quidam adolescentu-
lus, quem puerum Pausanias amore
Venereo dilexerat, quum epistolam ab eo
ad Artabazum accepisset, eique in sub-
spicionem venisset, aliquid in ea de se esse
scriptum, quod nemo eorum rediisset,
qui super tali caussa eodem missi erant;
vincula epistolae laceravit, signoque de-
tracto, cognovit, 2 si pertulisset, sibi
2 esse pereundum. Erant in eadem episto-
la, quae ad ea pertinebant, quae inter
regem Pausaniamque convenerant. Has
ille litteras ephoris tradidit. Non est
praetereunda gravitas Lacedaemoniorum
hoc

1 *Argilius quidam adolescentulus*] Heusingerus h. l. sua debet Stephano & Grammaticis in Scholia Thucydid. p. 620. quibus adsentior, Nepotem τὸ Argilium pro nomine proprio accepisse. Falluntur tamen putantes, vocem ἀνὴρ numquam praeponi propriis, cum Herodotus Lib. II. cap. 119. dixerit ἀνὴρ Μενέλεως. Nepos videtur τὸ ἀνὴρ vertisse per *quidam*, & τὰ παιδικὰ ὢν αὐτοῦ per *adolescentulus*, *quem puerum amore Venereo dilexerat*. Et ostendit, sese ignorare Argilium, vertens τὸ ἀνὴρ per *quidam*. quae vox de ignoto adhibetur. Phaedr. III. fab. 19. *quidam e turba garrulus*. ubi V. Burm.

2 *Si pertulisset*,] Proprium verbum V. Cl. Oudend. ad J. Caesar. IV. B. G. 27.

hoc loco. Nam ne hujus quidem indicio 3
inpulsi sunt, ut Pausaniam comprehende-
rent: neque prius 1 vim adhibendam pu-
taverunt, quam se ipse indicasset. Itaque
huic indici, quid fieri vellent, praecepe-
runt. Fanum Neptuni est Taenari, 2 quod 4
violari nefas putant Graeci. Eo ille index
confugit: in ara consedit. Hanc juxta
locum fecerunt sub terra, ex quo posset
audiri, si quis quid loqueretur cum Ar-
gilio. Huc ex ephoris quidam descende-
runt. Pausanias, ut audivit, Argilium 5
confugisse in aram, perturbatus eo venit:
quem quum subplicem Dei videret in ara
sedentem, quaerit, caussae quid sit tam
3 repentino consilio. Huic ille, quid ex
litteris comperisset, aperit. Tanto magis 6
Pausanias perturbatus orare coepit, ne
enuntiaret, nec se, meritum de illo opti-
me, proderet. Quod si eam veniam sibi
de-

1 *Vim adhibendam*] Proprie. Gron. ad Livium XXVI, 44.

2 *Quod violari nefas*] Omnia templa non fuere olim asyla. Hoc patet e Strabone L. XIV. p. 950. qui hoc tamquam peculiare quidquam adnotavit Ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν, καὶ πρότερον. V. Cerdam ad Virg. II. Aen. 761. & S. Petitum ad Leges Atticas Lib. I. Tit. I. p. 82. sed adde ibi Cl. Wesseling.

3 *Repentino consilio.*] Hanc lectionem retine. V. Oud. ad J. Caesar. L. V. B. G. c. 44. p. 265.

dedisset, tantisque inplicitum rebus sublevasset, magno esse ei praemio futurum.

CAPUT V.

1 His rebus ephori cognitis, satius putaverunt, in urbe eum comprehendi. Quo quum essent profecti, & Pausanias placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem reverteretur; in itinere, quum jam in eo esset, ut comprehenderetur, e vultu cujusdam ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit.
2 Itaque paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in aedem Minervae, quae 1 Chalcioecus vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus aedis obstruxerunt, tectumque sunt 2 demoliti,

1 *Chalcioecus*] De hac Minerva P. Leopardus L. xv. Emendat. c. 8. Cur vero Pausanias solus e supplicibus in hanc aedem confugientibus poena non sit solutus, caussam explicuit homo Byzantius Pausaniae Lib. III. cap. 17. p. 252. nempe ob caedem inlustrissimae Virginis Byzantinae, nomine Cleonicae, de qua, & inde praedicta ei hac morte. Plut. T. II. de his, qui sero a Num. Pun. p. 555. & T. I. in Cim. p. 482. De Simonidis dicto ad Pausaniam nondum huic aedi inclusum. Vide Aelian. L. IX. V. H. c. 41.

2 *Demoliti*,] Voss. *moliti*. non ita male. V. Gron. ad Livium XXIV, 46. antiquam tamen Lectionem serva.

moliti, quo facilius 1 sub divo interiret.
2 Dicitur, eo tempore matrem Pausaniae 3
vixisse, eamque jam magno natu, post-
quam de scelere filii comperit, in primis,
ad filium claudendum, lapidem ad introi-
tum aedis adtulisse. Sic Pausanias mag- 4
nam belli gloriam 3 turpi morte macula-
vit. Hic quum semianimis de templo
elatus esset, confestim animam efflavit.
Cujus mortui corpus quum eodem non- 5
nulli dicerent inferri oportere, quo hi,
qui ad supplicium essent dati; displi-
cuit pluribus: & procul ab eo loco info-
derunt,

1 *Sub divo*] V. J. Arntz. ad Victor. de V. I. 68.

2 *Dicitur, eo tempore matrem Pausaniae vixisse.*] Graecorum more, quos sequitur. Sic Diod. Sicul. L. XI. cap. 45. λέγεται τὴν μητέρα πλίνθον ἀναθεῖναι &c. De qua constructione Gron. ad Arriani L. I. de Exp. A. M. cap. I. & Drak. ad Livium I, 31, 8. Plura exempla Matrum Lacaenarum filios suo genere ac patria indignos punientium recenset Plutarch. T. II. Lac. Instit. p. 240, 241. Sunt tamen, qui Hegesilao Pausaniae patri hoc factum adscribant. V. Cl. Wesseling. ad Diod. Sic. l. l.

3 *Turpi morte*] Nihil miserius & turpius, quam fame confici. V. Livium XXI, 41. XXVII, 44. Romani Jugurtham nudum in barathrum dejectum fame quoque interemerunt. V. Plut. in Mario T. I. p. 412. Imo sese fame conficere turpe erat. Vide de Diodoro Strabon. L. XIII. p. 913.

derunt, in quo erat mortuus. Inde posterius 1 Dei Delphici responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.

1 *Dei Delphici*] Ita legendum. Non *Delphici*, aut *Delphi* responso. Quamquam scio, *Delphum* pro Apolline Delphico positum esse a Graecis. & *Delphicum* tolerari posse more Graecorum, ut *Paphia* pro Venere Paphia. *Amyclaeus* pro Apolline Amyclaeo. V. Kuhn. ad Pausan. L. III. c. 19. & τῆς Ταυροπόλου scil. Dianae apud Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 4. Thucydides scripsit ὁ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς, quae verba per *Deum Delphicum* bene vertit Nepos. Julianus Orat. VI. p. 185. dicit ὁ μὲν Δελφοῖς θεός. ubi lege ὁ ἐν Δελφοῖς θεός. De phrasi *vitam posuerat* adde Cort. ad Salluſt. B. Jug. c. 112.

V.



Apud Fulvium Ursinum in numismate aereo.

V. CIMON.

Caput I.

CIMON MILTIADIS F. 1
ATHENIENSIS, duro admodum initio usus est adolescentiae. Nam, quum pater ejus litem aestimatam populo solvere non potuisset, ob eamque caussam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodia tenebatur, neque 1 legibus Atheniensibus emitti

1 *Legibus*] i. e. lege, de qua praeter Petitum ad Leges Atticas videndus J. Perizonius in

emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater mulctatus esset, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicem; non magis amore, 1 quam more, ductus. Nam Atheniensibus

in Differtat. I. p. 96. Apud Rhodios quoque filii patris debita solvere lege tenebantur, etiamsi patris bonis renuntiassent. Vi Meurs. L. I. de Rhodo cap. 21. Apud nonnullos Graecos filii etiam innoxii simul cum patribus noxiis, inprimis si tyranni essent, necabantur, aut exilio mulctabantur. V. Dionys. Halicarn. L. VIII. A. R. c. 80. p. 525. Cimon sese vinculis tradidit juxta plerosque, ut patris jam defuncti corpus sepeliretur. Vide Cl. Wesseling. ad Diodor. Sicul. in Excerptis p. 559.

1 *Quam more, ductus.*] Quidam dicunt, Cimonem Elpinicem duxisse sororem Germanam, quia propter inopiam nulli eadem generis antiquitate inlustri sponso elocari potuerat. V. Plut. in Cimone p. 481. & ita *more* hic posset exponi *lege*. Lex erat Athenis, ut proximi Virgines orbas, & indotatas ducerent. Vide, quos laudat Cl. Wesseling. ad S Petit. Leges Atticas Lib. VI. Tit. II. p. 551. Rogatus, cur addat Nepos *Nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere*; respondeo, auctorem haec adjecisse, quia etiam fratres Germanos (nempe ea significatione, qua vox *Germanus* hoc loco explicanda est) hujusmodi Sorores inopes ducere, aliis cognatis deficientibus, hac lege coactos nemo incestus crimine accusaret, hasce nuptias contrahere Atheniensium legibus non prohibitos. A populo tamen initio, sine dubio propter has nuptias, in-

bus licet eodem patre natas uxores ducere.
Hujus conjugii cupidus Callias quidam, 3
non tam generosus, quam pecuniosus,
qui magnas pecunias ex metallis fecerat,
egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem
daret: id si inpetrasset, se pro illo pecu-
niam soluturum. Is quum talem condi- 4
tionem adspernaretur, Elpinice negavit,
se passuram, Miltiadis progeniem in vincu-
lis publicis interire, quoniam prohibere
posset; seque Calliae nupturam, si ea,
quae polliceretur, praestitisset.

infamatus fuit, & eadem sors, quae Themistocli, obtigisset Cimoni, nec uterque ad principatum pervenisset, nisi Cimonem Aristides, & Mnesiphilus Themistoclem adjuvissent, & auxissent. V. Plut. T. II. An Seni Ger. Resp. p. 795. adde Eumdem. in De his, qui sero a Num. pun. p. 552. unde Aristidis consilium Cimon semper secutus est. V. Plut. An. Seni. R. sit. Ger. p. 790. illegitimas nuptias vocat Athenaeus L. XIII. c. 6. p. 589. Sed sequitur plebem Atheniensem, mera ex invidia de hisce nuptiis maligne opinatam, quae Elpinicem impudicam vocabat, & Polygnoti pictoris meretricem. V. Plut. in Cim. p. 480, 481. hinc apud Plut. de Praec. Polit. T. II. p. 800. pro κίμωνος οὗτοι (Athenienses) τὸν οἶνον ᾐτιῶντο forsan legendum est τὸν γάμον. Si οἶνον retineas, temulentiam ejus intelligas, cujus crimine eum insimulabant inimici. Vide Eupolim apud Plut. in Cim. p. 488.

CAPUT II.

1 Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim satis 1 eloquentiae, summam liberalitatem, magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum patre a puero in exercitibus fuerat versatus. Itaque hic & populum urbanum in sua tenuit potestate, & apud exer-
2 citum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipolim constituit, eoque decem millia Atheniensium in coloniam misit.

1 *Eloquentiae*] Cum Pericle & Thucydide comparatur. V. Plut. in Demosth. p. 852. Qui Pericles tamen cum Cimone potentiam ita divisisse dicitur, ut Cimon classem in Barbaros duceret, Pericles in urbe imperaret, quia Pericles ad res civiles, Cimon ad bella gerenda erat aptior V. Plut. in Praec. Polit. p. 812. Cui Pericli sine dubio primum eloquentia, sed mox potentia Cimonis tam a civibus, quam aliis Graecis propter merita plurimi aestimati (V. Diod. Sicul. L. xi. c. 62.) suspecta fuerit, ideo omnem moventi lapidem, ut in populi odium eum adduceret falso crimine, acsi ab Alexandro, ne Macedoniam facile tum temporis capiendam invaderet, muneribus fuisset corruptus, accusatum. V. Plut. in Cim. p. 487.

ſit. Idem iterum apud Mycalen Cyprio-
rum & Phoenicum ducentarum navium
claſſem devictam cepit. Eodemque die 3
pari fortuna in terra uſus eſt. Namque
hoſtium navibus captis, ſtatim ex claſſe
copias ſuas eduxit, barbarorum uno con-
curſu maximam vim proſtravit. Qua 4
victoria, magna praeda potitus, quum do-
mum reverteretur, quod jam nonnullae in-
ſulae, propter acerbitatem imperii, defece-
rant, bene animatas confirmavit, aliena-
tas ad officium redire coegit. 1 Scyrum, 5
quam eo tempore Dolopes incolebant,
quod contumacius ſe gesserat, vacuefecit,
ſeſſores veteres urbe inſulaque ejecit, agros
civibus diviſit. Thaſios opulentia fretos
ſuo adventu 2 fregit. His ex manubiis
Athe-

1 *Scyrum*] In hac inſula Theſeus a Lyco-
mede injuſte interfectus erat. conſule cum
Tzetze Potterum ad Lycophron. vſ. 1324.
Ob hanc caedem vacuefecit Scyron noſter
Cimon, Theſeique oſſa Athenas reportavit.
V. Pauſan. L 1. cap. 17. in fin. & Plut. in
Theſeo p. 17. quae oſſa ubi condita eſſent,
Scyrii noluerant indicare, & inveſtigantes
prohibuerant. V. Plut. in Cim. p. 483.

2 *Fregit*] Thaſii (de quorum vino Athe-
naeus L. 1. cap. 22. p. 28. & cap. 24. p. 31.
& hinc Thaſiae vites Virgilio II. G. 91.)
antea opulentia freti, poſt hac bellis, ſedi-
tionibus & fame confecti ad Lacedaemo-
nios defecerunt, quos Thraſybulus iterum
in

1 Athenarum arx, qua ad meridiem vergit, est ornata.

CAPUT III.

1 Quibus rebus quum unus in civitate maxime floreret, incidit in eamdem invidiam, quam pater suus, ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi *ostracismum* vocant, decem annorum 2 exsilio mulctatus
2 est. Cujus facti celerius Athenienses, quam ipsum, poenituit. Nam, quum ille forti

in Atheniensium redegit potestatem. V. Xenophont. L. I. Hist. Graec. p. 341. Hi tamen postea vires suas refecerunt, ad veterem luxum reversi. V. Plut. in Apophth. Lac. T. II. p. 210. De defectionis tempore, ob quam nunc a Cimone fracti sunt, discordant Thucydides & Diodorus Siculus, ad cujus Lib. XI. cap. 63, & 70. videndi Interpretes.

1 *Arx Athenarum*] Ad haec narrat Diod. Sicul. L. XI. cap. 62. ὁ δὲ Δῆμος τῶν Ἀθηναίων δεκάτην ἐξελόμενος ἐκ τῶν λαφύρων, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. addito epigrammate, quod Diodorus profert. Ipse Cimon ornavit urbem, ut forum Platanis ordine positis, & deambulationibus. V. Plut. in Praec. Polit. T. II. p. 818. & T. I. in Cim. p. 487.

2 *Exsilio mulctatus*] Quia Laconum rebus studere credebatur. Vide Plut. in Cim. p. 487, 488, 489. & quidem suasore & inpulsore Pericle. V. Plut. in Cim. p. 157.

forti animo invidiae ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedaemonii Atheniensibus indixissent, confestim notae ejus virtutis desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, quam expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio Lacedaemoniorum utebatur, satius existimans contendere Lacedaemonem, sua sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post, neque ita multo, Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, quum ejus majorem partem insulae devicisset, in morbum inplicitus, in oppido Citio 1 est mortuus.

CAPUT IV.

Hunc Athenienses non solum in bello, sed in pace, diu desideraverunt. 2 Fuit enim tanta liberalitate, 1

1 quum

1 *Est mortuus.*] In morbum inplicitus diem supremum obiit, non ex vulnere aeger. V. Cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. xii. cap. 4.

2 *Fuit enim tanta liberalitate.*] De Gelliae, & aliorum Agrigentinorum liberalitate Diodorus Siculus Lib. xiii. cap. 83. & ibi Cl. Wesseling. Lichas Laco Ludis Gymnicis excipiebat peregrinos. V. Plut. in Cim. p. 484. & Xenophont. L. 1. Memorab. p. 570.

1 quum compluribus locis praedia, hortosque haberet, ut numquam in eis custodem 2 inposuerit fructus servandi gratia, ne quis inpediretur, quo minus ejus rebus, 3 quibus quisque vellet, frueretur. Semper eum 4 pedisequi cum nummis 5 sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Saepe, quum ali-

1 *Quum compluribus locis praedia, hortosque haberet, ut numquam.*] Lege *ut, quum compluribus locis praedia hortosque haberet, numquam* sic mox *ut, quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret.*

2 *Inposuerit.*] V. Oud. ad Hirtium de B. Afric. cap. 54.

3 *Quibus, quisque vellet, frueretur*] Cimon imitatus est in hac re Tyrannum Pisistratum; ut Theopompus ait apud Athenaeum L. XII. cap. 8. p. 532, 533.

4 *Pedisequi.*] Typothetarum vitio in mea editione expressum est *pedissequi.* In Attico cap. 13. bene editum est. Quod si vidisset Heusingerus, otio suo non fuisset abusus cuivis nota docendo, & jam ex antiquis Lapidibus inlustrata a Cl. Burmanno ad Phaedrum Lib. IV. f. 4. vs. 36.

5 *Sunt secuti.*] Pedisequorum munere fungebantur Heroïcis temporibus οἱ κήρυκες, qui quoque pallium sive graviorem quamdam vestem sui heri portabant sequentes in itinere. V. Homer. Il. Θ. vs. 184. id quod observare oblitus est E. Feithius Lib. II. Ant. Hom. cap. 5. sed κήρυκες illi non erant Servi.

aliquem 1 offensum fortuna, videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur, ut, 3 quos invocatos vidisset in foro, 2 omnes devocaret: quod facere nullum diem praetermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui, unde efferentur, non reliquissent, suo sumptu extulit. Sic se gerendo, minime 4 est mirandum, si & vita ejus fuit secura, & mors acerba.

1 *Offensum fortuna.*] Recte hic Heusingerus *offensum fortuna* explicat per forte fortuna oblatum. saepius errarunt Viri Docti in verbo *offendere*, in quibus Abramius. V. Graev. ad Ciceron. pro Milone cap. 36.

2 *Omnes devocaret*] Quid si hominem Cyrenaeum invitasset. Cyrenaei enim vel ditissimum excedere potuissent, si enim unum ad coenam vocaveris, mox adsunt alii octodecim: currus decem & bigae quindecim. Vide Athenaeum Lib. XII. in initio.



VI. LYSANDER.

CAPUT I.

1 LYSANDER LACEDAEMONIUS, magnam reliquit ſui famam, magis felicitate, 2 quam virtute partam. Athenienſes enim in Peloponneſios 3 ſexto & viceſi-

1 *Lyſander Lacaed.*] filius Ariſtocriti juxta Pauſan. L. III. cap. 8. p. 223. L. VI. c. 3. p. 459. & L. X. c. 9. p. 819. qui a Plutarcho p. 434. vocatur Ariſtoclitus. ſed in nominibus

cesimo anno bellum gerentes confecisse, adparet. Id qua ratione consecutus sit, 2

la-

bus propriis R. & L. saepius confunduntur. Bosius ad h. l. ex eodem Plutarcho adnotat Lysandrum esse e gente Heraclidarum, sed omisit adjicere hoc loco non omittendum, nempe id, quod addit Plutarchus, οὐκ οἰκίας βασιλικῆς. Apud Spartanos praeter duas regias Heraclidarum familias, aliae quoque Heraclidarum, sed privatae erant, e quarum una ortus erat Lysander. V. Spanhem. ad Julian. Imp. Orat. I. p. 129. & ab hac observatione dependet sensus verborum e cap. 3. *iniit consilia Reges Lacedaemoniorum tollere.* ut ibi docebitur Lector. De Mothacibus, de quibus h. l. Bosius agit, lege Perizon. ad Aelian. L. XII. V. H. c. 43.

2 *Quam virtute.*] Praeter bellicas tamen Laudes, praecipue mari partas (unde ejus a Neptuno coronati imago posita fuit. V. Pausan. lib. x. cap. 9. p. 819.) habuit & alias dotes memorari dignas; fuit enim temperantia, qua suis imperabat cupiditatibus, & laborum patientia, & diligentia insignis. Videatur Theopompus apud Athenaeum L. XII. cap. XI. p. 543. neque luxuriosos ferebat. V. Agatharchidem apud Eumdem cap. 12. p. 550. Sunt quidem, qui tradant, eum luxuriae fuisse deditum, ut refert Athenaeus L. XII. cap. XI. p. 543. sed non nisi, quum in Jonia versaretur, reliqua vita fuit temperantissimus. V. Perizon. ad Aelian. Lib. III. V. H. cap. 20. Neque in hoc bello inmodeste sese gessit; nam Sophoclem Tragicum, qui una cum Pericle Spartanorum agros vastaverat, ab Atheniensibus deficientes Samios gravi obsidione

 ad-

latet. Non enim virtute sui exercitus, sed inmodestia factum est adversariorum: qui, quod dicto audientes imperatoribus suis non erant, dispalati in agris, relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto Athenienses se Lacedaemoniis dediderunt.
3 Hac victoria Lysander elatus, quum antea semper factiosus, audaxque fuisset, sic sibi indulsit, ut ejus opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonii pervenerint.
4 Nam, quum hanc caussam 1 Lacedaemonii dictitassent sibi esse belli, ut Athe-

adflixerat, & multas Achaiae civitates Atheniensium imperio adjecerat (V. Justinum L. III. cap. 6. & Strabon. L. XIV. p. 946.) fato functum (v. Diod. Sicul. L. XIII. c. 103.) Atheniensibus, ut tanti viri meritis debito funere efferrent, dedit inducias. Confer cum Solino cap. 1. p. 8. Plinium Lib. VII. cap. 29, a quo male Rex vocatur. Regnum enim irrito conatu adfectavit. Adhaec bellicae virtutis gloria praeter caeteros ita floruit, ut Lacedaemonii, si per leges Spartanorum licuisset, bis ei classis imperium commisissent. Vide Diodor. Siculum Lib. XIII. cap. 70. & cap. 100.

3 *Sexto & vicesimo anno*] De tempore, quo hoc bellum initium sumpsit Cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. XII. cap. 38. Duravit octo & viginti annos, ut docet Xenophon Lib. II. Hist. Gr. p. 360. sed consule Hudf. & Duk. ad Thucyd. Lib. 5. cap. 26.

1 *Lacedaemonii*] Agamemnone Peloponnesio suo Graecorum omnium olim summo duce su-

Atheniensium inpotentem dominationem refringerent, postquam 1 apud Aegos flumen Lysander classis hostium est potitus, 2 nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates in sua teneret potestate, quum

superbi principatum aliis invidebant. Vide Herodot. L. VII. cap. 159.

1 *Apud Aegos flumen Lys. cl. h. e. p.*] Praeter decem triremes, quae in Cyprum cursu directo salutem sibi fuga quaesierunt. V. Pausan. L. III. c. II. p. 232. Octo naves, duce Conone, in Cyprum effugisse dicit Plutarchus in Lys. p. 439. Cum Pausania decem triremes Lysandri manibus elapsas dicit Diod. Siculus L. XIII. cap. 106. vide ibi Cl. Wesseling. Plut. sibi non constat, nam p. 441. narrat duodecim naves evasisse. Quidam referunt, Athenienses proditos fuisse a Tydeo & Adimanto, quos Lysander auro conruperat. V. Pausan L. X. c. 9. p. 820. De Tydeo vide Plut. Lys. p. 438.

2 *Nihil aliud molitus est*] Arrianus Lib. I. cap. 9. p. 20, cladem Atheniensium non adeo magnam fuisse ducit, quia τὸ σχῆμα τὸ πάτριον ἡ πόλις ὅμως ἐφύλαξε. Adhaec Lysander justissime, licet victor, de civis Atheniensis ab homine Spartano injuria adfecti caussa judicavit. V. Pausan. L. IX. cap. 32. p. 775. Verum tamen est, Lysandrum Philoclem & Atheniensium ad tria vel quatuor millia trucidasse, eosque quam Xerxem Graecos ad Thermopylas crudelius tractasse, dum trucidatis cadaveribus terram injici vetuit. ut Pausanias & Plut. referunt laudati a Wess. ad Diod. Sicul. L. XIII. c. 106. Athenienses, ad ultima

quum id se Lacedaemoniorum caussa facere simularet. Namque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, decem delegerat in unaquaque civitate; quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmarat.

CAPUT II.

1 Ita decemvirali potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur. cujus de crudelitate ac perfidia satis est, unam rem, exempli gratia, pro-

tima redacti, sese his conditionibus Lacedaemoniis dediderant, ut muri dejicerentur, naves discinderentur, sive, ut Xenophon Lib. II. H. Gr. p. 359. omnes traderentur, exceptis duodecim, praesidium in arcem induceretur, & Democratia in Oligarchiam converteretur. V. Dionys. Halycarnass. L. XI. cap. I. Ant. Rom. & quos laudat Cl. Wesseling. ad Diod. L. I. cap. 107. Justinus Lib. V. cap. 8. dicit, ea lege traditam esse Urbem, ut ab Atheniensibus regeretur, qui inter sese discordabant de Reip. forma, quam litem subito diremit Lysander, Urbi Triginta Rectores, & Piraeeo & unicuique civitati Decem praeficiendo. V. Plut. in Lys. p. 441. & Diod. Sicul. L. XIV. cap. 3. cum Cl. Wesselingii nota.

proferre, ne de eodem plura enumerando defatigemus lectores. Victor ex Asia 2
quum reverteretur, Thasumque divertisset, quod ea civitas praecipua fide fuerat
erga Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere concupivit. Vidit autem, nisi in eo occul- 3
tasset voluntatem, futurum, ut Thasii dilaberentur, consulerentque rebus suis * * *

CAPUT III.

Itaque decemviralem suam potestatem 1
sui ab illo constitutam sustulerunt;
1 quo dolore incensus 2 iniit consilia, reges

1 *Quo dolore incensus.*] Lysander hac victoria reportata Lacedaemonios jam olim rerum variarum copia abundantes, V. Platonem in Alcib. I. p. 442. pecunia postea eorum mores conruptura (V. Plut. in Agid. & Cleom. p. 796. & 797.) locupletavit, eosque, qui antea ferreis nummis utebantur, aureorum & argenteorum usum docuit. V. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. XIV. cap. 10. & Plut. Lac. Instit. T. II. p. 239. Hinc magnus ei habebatur honos, praeclare de sua patria merito a plerisque Spartanis, domi forisque Regem Agesilaum negligentibus, qua re offensus Agesilaus quocunque modo Lysandrum deprimebat, gravioribus rebus gerendis, & urbibus gubernandis gregarios milites

ges Lacedaemoniorum tollere. sed sentiebat, id se sine ope deorum facere non posse, quod Lacedaemonii omnia ad ora-
2 cula referre consueverant. Primum 1 Delphos conrumpere est conatus. Quum id non

lites praeficiendo, ipsum vero faciendo κρεωδαίτην. Hanc contumeliam iniquo animo ferens Lysander, quum ex Asia reverteretur haec nova jam memoranda molitus est. Confer Plut. in Lys. p. 446, 447. cum vita Agesilai p. 599, 600.

2 *Iniit consilia, Reges Lacedaemoniorum tollere.*] Non clare hoc loco sese expressit Nepos. Noluit Lysander Reges Lac. tollere, id est, ut in Indice explicatur, Regum Lac. potestatem abrogare, sed omnem lapidem movit, ut regnum Laconicum consequendi facultas etiam ad privatas Heraclidarum familias, e quibus ille ortus erat, & ita ad omnes Spartanos, nulla Proclis & Eurysthenis posterorum ratione habita, transferretur, & ita sibi aditus ad Regiam dignitatem pateret, plurimum apud populum valenti. V. Diod. Sicul. L. XIV. cap. 13. Plut. in Lys. p. 447, 450, 451. in Agesilao p. 600. & T. II. in Lac. Apophth. p. 229. adde Spanhem. ad Juliani Imp. Orat. I. p. 129. sed Lysander Lycurgi leges Apollinis auctoritate confirmatas ab eodem Deo commutare prohibitus fuit, ut ait Cicero L. I. de Divinat. cap. 42. quid mirum, si duos Lysandros Spartam, vel ut alii volunt, Graeciam ferre non potuisse dixit Eteocles. V. Periz. ad Aelian. L. XI. V. H. c. 7.

1 *Delphos*] Me in notis meis legendum scri-

non potuisset, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus, dixit, se vota subcepisse, quae Jovi Ammoni solveret: existimans, se Afros facilius conrupturum.
3 Hac spe quum profectus esset in Africam, multum eum antistites Jovis fefellerunt. nam non solum conrumpi non potuerunt, sed etiam Legatos Lacedaemona miserunt, qui Lysandrum adcusarent, quod sacerdotes fani conrumpere conatus esset.
4 Adcusatus hoc crimine, judicumque absolutus sententiis, Orchomeniis missus subsidio, occisus est a Thebanis apud Haliartum.
5 Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quae post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut regia potestate dissoluta, ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum: sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiae, quam ille se habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.

scripsisse *Delphis*, est mendacium Germanorum gravitate indignum, sed charta atramenti typothetarum vitio haud bene inpressi colorem non satis bibit. & ex integra verborum sententia luce clarius patebit, me *Delphos* legisse, non vero *Delphis*.

C 2.

CAPUT IV.

1 Atque hoc loco non est praetereundum factum Pharnabazi, satrapis regii. Nam quum Lysander praefectus classis in bello multa crudeliter avareque fecisset, deque his rebus subspicaretur, ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo, ut ad ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea re adcurate scriberet. magnam enim ejus auctoritatem
2 in ea re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum fert laudibus. Quem quum legisset, probassetque, dum obsignatur, alterum pari magnitudine, tanta similitudine, ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo adcuratissime ejus avaritiam perfidiamque
3 adcusarat. Hinc Lysander domum quum redisset, postquam de suis rebus gestis apud Maximum Magistratum, quae voluerat, dixerat, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, submoto Lysandro, quum Ephori cognossent, ipsi legendum dederunt. Ita ille inprudens ipse suus fuit adcusator.

VII.



Apud Fulvium Ursinum in Gemma.

VII. ALCIBIADES.

CAPUT I.

1 ALCIBIADES CLINIAE F. ATHENIENSIS. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil eo fuisse 1

1 *Alcibiades Cliniae F.*] Fuit Cliniae, qui in proelio ad Coroneam vitam cum morte commutavit, & Dinomaches filius. V. Platon. Alcib. I. p. 430, 435, Plut. in Alcib. p. 191.

fuisse excellentius, 1 vel in vitiis, vel in virtutibus. Natus in amplissima civitate, summo genere, omnium aetatis suae multo 2 formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque Imperator fuit summus & mari & terra. 3 disertus, ut

1 *Vel in vitiis, vel in virtutibus.*] De Hannibale Livius XXI., 4. *Viri virtutes ingentia vitia aequabant.* De Alcibiade Justinus Lib. V. cap. 5. *Omnia enim credibilia in Alcibiade vigor ingenii, & morum luxuria faciebat.* Plura de Alcibiadis ingenio detecta in medium proferri possent, si hodie exstaret oratio Antiphontis, quam scripsit in Alcibiadem. V. Athenaeum Lib. XII. cap. 5. p. 525. de quo Antiphonte Interpr. ad Thucyd. L. VIII. cap. 68. De Alcibiadis luxuria v. Plut. in Coriol. p. 234. & libidine Athenaeus L. XIII. cap. 4. p. 574, 575. Pherecrates apud Eumdem L. XII. cap. 9. p. 535. eum vocat *omnium mulierum virum* v. J. Nic. Loensem L. VIII. Epiphyll. cap. 14. De diversa Alcibiadis natura legi meretur Plutarchus in Nicia p. 528. eum comparans cum tellure Aegyptiorum, sua ubertate noxias simul & utiles herbas proferente.

2 *Formosissimus*,] V. Diod. Sicul. Lib. XIII. cap. 68. & ibi Cl. Wesseling. & Dorvill. ad Chariton. Aphrod. Lib. I. c. 1. p. 15. qua praestanti corporis forma ad multa ab honestate remota ablatus fuit. Vide Xenophont. Lib. I. Memorab. p. 565.

3 *Disertus*,] Morum vitia sub Alcibiadis eloquentia primo latebant, ut dicit Justinus Lib. V. cap. 2.

ut in primis dicendo valeret: quod tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo posset resistere. 1 dives. quum tempus posceret, laboriosus, 3
patiens, liberalis, splendidus, non minus in vita, quam victu: adfabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens.
Idem, simul ac se remiserat, neque caus- 4
sa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur: ut omnes admirarentur, in uno homine tantam inesse dissimilitudinem, tamque diversam 2 naturam.

CAPUT II.

Educatus est in domo 3 Periclis (pri- 1
vignus enim ejus fuisse dicitur) eruditus a Socrate. Socerum habuit Hipponi-

1 *Dives.*] Heusingerus hic legit *deinde.* sed vocem *dives* non ejicio: nam qui formam, genus, felicitatem & ejus animi dotes enumerant, non omittunt ejusdem *divitias.* Vide Platon. in Alcib. I. p. 442. & Diod. Sicul. L. XII. cap. ult. quos Auctores Noster sequitur.

2 *Naturam*] i. e. indolem. V. Broukh. ad Propert. II, 16, 28.

3 *Periclis privignus*] Consule Cl. Wesseling. ad Diodor. Sicul. L. XII. cap. 39. Hic Pericles fuit Xanthippi filius. de cujus laude Plut. in Pericle p. 153. qui tamen eum e familia sce-

nicum, 1 omnium Graecae linguae eloquentia ditissimum. ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque ma-

scelerata ortum dicit T. II. De his, qui sero a Num. pun. p. 553, nempe quia Xanthippus, licet laude bellica inlustris, e genere tamen Alcmaconidarum erat. vide Schol. Aristoph. Nub. 64. De Xanthippo Diod. Sicul. L. XI. cap. 27. & 34. Habuit sapientiae magistros Pythoclidem, Anaxagoram, & jam senex Damonem. De Anaxagora v. Menag. ad Diogen. Laërt. II, 12. & Wess. ad Diod. Sic. l. l. De Pythoclide Damone & Anaxagora Platon. Alcib. 1. p. 439. a quibus Musicam didicisse dicitur a Plutarcho in Ejus Vita p. 153. insigni fuit eloquentia & prudentia praeditus, Plut. T. II. de Consolat. ad Apollon. p. 118. unde Olympius cognominatus. In cujus labris Persuasionis Deam sedere dixit Eupolis. De cujus eloqentia Cic. L. 3. de Orat. cap. 34. & Scholiastes Aristophanis in Acharn. vs. 529. ubi Eupolidis de eo versus legi possunt. Quid mirum igitur, si Alcibiadi quoque tanta oris atque orationis fuit commendatio, ut nemo ei resistere potuerit?

1 *Omnium Graecae Linguae eloquentia ditissimum.*] Heusingerus legit *omnium Graeca lingua loquentium ditissimum.* Non male. Ditissimum fuisse Hipponicum, a Perizonio ad Aelian. IV. 23. & ad Lib. XIV. c. 16. jam dudum notatum est, cui addeXenophont. de Vectigal. p. 730. & *graeca lingua loquentes* pro Graecis dicere Nepoti proprium. Vid. in Milt. c. 3. & in Dione cap. 1. Heusingeri argumenta videre mihi non contigit.

majora posset consequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte adole- 2
scentia amatus est a multis more Graecorum: in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato in sympofio. Namque 3
eum induxit commemorantem, se pernoctasse cum Socrate, 1 neque aliter ab eo surrexisse, ac filius a parente debuerit.
Postea quam robustior est factus, non 4
minus multos amavit, in quorum amore, quoad licitum est, odiosa multa delica-

1 *Neque aliter ab eo surrexisse, ac filius a parente debuerit.*] Eadem locutio est apud Xenophontem de Lac. Rep. p 536. ἐποίησεν ἐν Λακεδαίμονι μηδὲν ἧττον ἐραστὰς παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ γονεῖς παίδων, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν ἀπέχονται. qui Lib. I. Memorab. p. 562. Socratem vocat ἀφροδισίων, καὶ γαστρὸς πάντων ἀνθρώπων ἐγκρατέστατον. adde Gonsalium de Salas ad Petronium cap. 128. Egregie defendit Socratem Graevius in Oratione Inaugur. pro Literis p. 18, 19. Pericles Alcibiadi puero adposuit custodem Zopyrum Thracem omnium servorum prae senio inutilissimum, nimirum, ne corrumperetur. V. Platon. Alcib. I. p. 441. Alcibiades adolescens Sophilum Sophistam audivit. V. Plut. T. II. de X. Rhetor. p. 832. Praeter Literas & palaestram didicit etiam citharam pulsare, tibias vero inflare noluit Plato l. l. p. 431. quamquam Duris in Libro de Euripide & Sophocle apud Athenaeum Lib. IV. cap. ult. p. 184. scribit, Alcibiadem tibia canere didicisse a Prosnomo hujus artis peritia celeberrimo.

licate jocoſeque fecit: quae referremus, niſi majora potioraque haberemus.

CAPUT III.

1 Bello Peloponneſiaco hujus conſilio
1 atque auctoritate Athenienſes bellum Syracuſanis indixerunt: ad quod gerendum ipſe dux delectus eſt. Duo praeterea conlegae dati, 2 Nicias & Lamachus. Id

1 *Bello Peloponneſiaco*] De damno, quod Graeciae adtulit hoc bellum v. Pauſan. L. VIII. cap. 52.

2 *Nicias & Lamachus.* Hic Nicias fuit filius Nicerati Athenienſis. Diod. Sicul. Lib. XII. cap. 65. Schol. Ariſtophanis Equit. 357. Hujus mater ignoratur. V. Plut. in Alcib. p. 191. homo fuit ditiſſimus. V. Xenophont. de Vectig. p. 730. cujus filius Niceratus, ab avo paterno juxta morem Athenienſibus uſitatum (v. Spanh. ad Ariſtophan. Nub. vſ. 64.) hoc nomen gerens, propter inmenſas divitias a Triginta Tyrannis poſtea neci datus eſt. V. Diod. Sicul. Lib. XIV. cap. 5. Hic Nicias noſter Athenienſibus hoc bellum Alcibiadis adhortatione Syracuſanis indictum diſſuaſerat gravi oratione. Vide praeter Thucydidem L. VI. c. 9. Diodor. Sicul. L. XII. cap. 83. invitus itaque Alcibiadi conlega datus in Siciliam abiit. v. Plut. in Polit. Praec. p. 802. & in Nicia p. 531. & in Alcib. p. 199. ibique infelici & praeclare rebus geſtis egregiisque animi dotibus indigna cum morte vitam commutavit. Vide Plut. in Nicia p. 542.

Id quum adpararetur, prius quam classis
exiret, adcidit, ut una nocte omnes Her- 2
mae, qui in 1 oppido erant Athenis,
dejicerentur, praeter unum, qui ante ja-
nuam erat Andocidi. Itaque ille postea
Mercurius Andocidis vocitatus est. Hoc 3
quum adpareret, non sine magna multo-
rum consensione esse factum, quod non
ad privatam, sed ad publicam rem per-
tineret, magnus multitudini timor est in-
jectus, ne qua repentina vis in civitate
exsisteret, quae libertatem obprimeret po-
puli.

542. & Thucydid. Lib. VII. cap. 86. & ibi Cl. Duker. Lamachus Niciae & Alcibiadi conlega datus est jam senex. V. Plut. in Alcib. p. 200. attamen animo & viribus neutri secundus. Adde Plut. T. II. Praec. Polit. p. 819. Hic victus & occisus est a Gylippo, teste Justino Lib. IV. cap. 4. & Diodoro Siculo L. XIII. cap. 8. Sed Thucydides & Plutarchus in Nicia ante Gylippi adventum jam occubuisse Lamachum testantur. V. Wasse ad Thucyd. Lib. VI. cap. 101. Hic erat pauper. V. Plut. T. II. Praec. Polit. p. 822.

1 *Oppido Athenis*] Bosio suspecta vox Athenis est. forte pro *oppido* legendum est *foro*. In foro erant Hermae. V. Xenophont. De Magistr. Equit. Offic p. 756. sed Diod. Siculus Lib. XIII. cap. 2. dicit τὺς Ἑρμᾶς, τὺς κατὰ τὴν πόλιν πανπληθεῖς ὄντας, & Thucydides VI. 27 addit, multos Hermas in templis quoque & privatarum aedium vestibulis esse.

4 puli. Hoc maxime convenire in Alcibia-
dem videbatur, quod & potentior & ma-
jor quam privatus, existimabatur. Mul-
tos enim liberalitate devinxerat, plures
5 etiam opera forensi suos reddiderat. Qua-
re fiebat, ut omnium oculos, quoties-
cumque in publicum prodisset, ad se con-
verteret, neque ei par quisquam in civi-
tate poneretur. Itaque non solum spem
in eo habebant maximam, sed etiam ti-
morem, quod & obesse plurimum &
6 prodesse poterat. Adspergebatur etiam in-
famia, quod in domo sua facere myste-
ria dicebatur: quod nefas erat more Athe-
niensium: idque non ad religionem, sed
ad conjurationem pertinere existimabatur.

CAPUT IV.

1 Hoc crimine in concione ab inimicis
compellabatur. Sed instabat tem-
pus ad bellum proficiscendi. Id ille
1 metuens, neque ignorans civium suo-
rum

1 *Metuens.*] Hic iterum Staverius vapulat ab Heusingero, quia non in textum recepit *intuens.* Nihil praecedere ait Heusingerus, quod Alcibiades metueret, sed metuere futura, non praeterita solemus. Non metuebat instans proficiscendi tempus; sed ob id instans tempus metuebat, ne absens invidiae crimine accusatus damnaretur, haud ignorans ma-

rum conſuetudinem, poſtulabat, ut, ſi quid de ſe agi vellent, potius de praeſente quaeſtio haberetur, quam abſens invidiae crimine adcuſaretur. Inimici vero 2
ejus quieſcendum in praeſenti, quia noceri non poſſe intelligebant, & illud tempus exſpectandum 1 decreverunt, quo exiſſet: ut ſic abſentem adgrederentur. itaque fecerunt. Nam poſtquam in Si- 3
ciliam eum perveniſſe crediderunt, abſentem, quod ſacra violaſſet, reum fecerunt. qua de re quum ei nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet, ut domum ad cauſſam dicendam rediret, eſſetque in magna ſpe provinciae bene adminiſtrandae, non parere noluit, & in 2 trierem, quae ad

malam civium ſuorum conſuetudinem, qui Themiſtoclem abſentem proditionis damnaverant. Vide cap. 8. vitae Themiſtoclis. ideoque, ut Thucydides ait Lib. VI. cap. 29, ἐπεμαρτύρετο, μὴ ἀπόντος περὶ αὐτοῦ διαβολὰς ἀποδέχεσθαι; ἀλλ' ἤδη ἀποκτείνειν, εἰ ἀδικεῖ. adde Plut. Alcib. p. 201. Haec pro ſuo more breviter exprimit his verbis Nepos.

1 *Decreverunt.*] I. e. ſtatuerunt, judicarunt. V. Graev. ad Cic. pro Mil. c. 6. deinde *itaque fecerunt* ne muta. V. Oud. ad J. Caeſar. I. B. G. 35.

2 *Trierem.*] Male Latina civitate Heuſingerus ejecit vocem *Trierem.* Vide, quos laudavi ad Themiſt. cap. 2. per *trierem* intellige navem Salaminiam, de qua praeter Gebhar-

ad eum erat 1 deportandum missa, ad-
4 scendit, ac Thurios in Italiam pervectus,
multa secum reputans de inmoderata ci-
vium suorum licentia, crudelitateque erga
nobiles, utilissimum ratus, inpendentem
5 evitare tempestatem, 2 clam se a custo-
dibus subduxit, & inde primum Elidem,
deinde Thebas venit. Postquam autem
se capitis damnatum, bonis publicatis,
audivit, &, id quod usu venerat, Eu-
molpidas sacerdotes a populo coactos, ut
se devoverent, ejusque devotionis quo
testatior esset memoria, exemplum in pi-
la lapidea incisum, esse positum in publi-
6 co, Lacedaemonem demigravit. Ibi, ut
ipse praedicare consueverat, non adver-
sus patriam, sed inimicos suos bellum
gessit, quod iidem hostes essent civitati.
Nam quum intelligerent, se plurimum
3 prodesse posse Reipublicae, ex ea eje-
cisse

bardum ad h. l. Vide Hudz. ad Thucyd. L. III. cap. 33.

1 *Deportandum*] De hoc verbo Oud. ad J. Caesar. V. B. G. 23. qui ad II. B. Civ. 3. proprietatem verbi *pervectus* monstrat.

2 *Clam se a custodibus subduxit.*] Fugae suae caussam festive docet in Aposith. Plutarchi T. II. p. 186. de praecipua fugae caussa vide, quos laudat Wess. ad Diod. Sicul. L. XIII. c. 5.

3 *Prodesse posse*] Tò *posse* abest a plerisque Codd. saepius a Librariis intrusum, ab ipsis vero

cisse, plusque irae suae, quam utilitati communi paruisse. Itaque hujus consilio 7
Lacedaemonii cum Persarum Rege amicitiam fecerunt: deinde 1 Deceliam in Attica munierunt, praesidioque perpetuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem opera Ioniam a societate averterunt Atheniensium. quo facto multo superiores bello esse coeperunt.

CAPUT V.

Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam quum acerrimi viri prae-

vero scriptoribus omissum. V. Burm. ad Phaedr. V, VII, 17. & Oud. ad J. Caesar. III. B. G. 13.

1 *Deceliam*] Ad Athenienses reditibus suis privandos (v. Xenophont. de Vectigal. p. 730. *εἴ τινες ἔτι εἰσὶ τῶν μεμνημένων, ὅσον τὸ τέλος εὕρισκε τῶν ἀνδραπόδων προ τῶν ἐν Δεκελείᾳ?*) imo exitu prohibendos v. Schol. Aristophanis in Ranis vs. 1469. Munierunt Deceliam duce Agide. V. Pausan. L. III. cap. 8. p. 223. hinc hoc bellum Decelicum vocatur. V. Diodor. Sicul. L. XIII. cap. 9. Plut. T. II. Apophth. p. 186. & Strabon. Lib. IX. p. 607. Narrat Scholiastes Homeri Il. K. 207. Lacedaemonios Alcibiadis consilio Athenas misisse speculatores, qui observarent, quid diceret, ageretque populus, & iis reversis, ac nuntiantibus, Athenienses in metu esse, ne hostes Dece-

praestantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt, ne caritate patriae ductus aliquando ab ipsis desciscerct, & cum suis in gratiam rediret. Itaque tempus ejus interficiundi quae-
2 rere instituerunt. 1 Id Alcibiadi diutius celari non potuit. Erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, praesertim, quum animum adtendisset ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem praefectum regis
3 Darii se contulit. Cujus quum in intimam amicitiam pervenisset, & Atheniensium, male gestis in Sicilia rebus, opes senescere, contra Lacedaemoniorum crescere videret: initio cum Pisandro praetore, qui apud Samum exercitum habebat, per internuntios conloquitur, & de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem, quo Alcibiades, sensu, populi potentiae non amicus, & optimatum fautor.

Deceliam munirent, Deceliam muniisse. Unde discimus, quantum damni belli tempore Rebus publicis adferant garruli, & si Displacet callidi isti conjectores.

1 *Id Alcibiadi diutius celari n. p.*] Rara locutio, quam damnat Heusingerus. Sane *ego celor*, quam *celatur mihi* usitatius est. V. Oud. ad Hirtium de B. Alexand. cap. 7. verum hic nihil muto. dubito enim, an quidem dicatur *Id Alcibiades celari potuit* pro *de ea re*, quamquam scio, *id*, *hoc dubito* pro *de ea*, *vel hac re* latinissime dici.

tor. Ab hoc deſtitutus, primum per Thra- 4
ſybulum Lycei filium ab exercitu recipitur, praetorque fit apud Samum: poſt ſubfragante 1 Theramene populiſcito reſtituitur, parique abſens imperio praeficitur,

1 *Theramene*] Hic fuit filius Agnonis. V. Thucyd. L. VIII. cap. 68. & 89. qui Agnon etiam apud Athenienſes in magno honore fuit. V. Orationem Critiae apud Xenophont. L. II. H. Gr. p. 363. non natus civis Athenarum fuiſſe dicitur, ſed ex inſula Cea, & ab Agnone adoptatus. V. Schol. Ariſtophanis in Ranis vſ. 546. & Plut. in Nicia p. 524. A Plutarcho in Lyſandro p. 441. Anconis filius vocatur. pro Ἄγκωνος legendum ibi eſt Ἄγνωνος. eſt modo typothetarum vitium. Mater ejus ignoratur. V. Plut. Alcib. p. 191, 192. Diſcipulus fuit Socratis. V. Diod. Sicul. XIV, 5. Magiſter Iſocratis. V. Schol. Ariſt. l. l. & Plut. x Orat. T. II. p. 836. Fuit vir egregiis moribus excellens. Vid. Diod. Sicul. L. XIII. cap. 38. cognominatus *Cothurnus*, quia ſaepius partes in Rep. mutaverat v. Periz. ad Aelian. IX. V. H. 21. & quos laudat Weſſeling ad Simſonii Chronicon p. 785. Theramenes tamen egregius Libertatis vindex fuit. Verum quidem eſt, Theramenem ſuaſiſſe civibus, ut muros deſtruerent, & duriſſimas pacis leges acciperent, ſed a Lyſandro jam victore vi coactum. Lege omnino Diodor. Sicul. Lib. XIV. cap. 3. cum Cl. Weſſelingii nota. Saepe vir prudens & honeſtus, difficillimis Reip. temporibus inſerviens mutat ſententiam. Plut. Praec. Polit. T. II. p. 824. ſuadet, ut ſeditione orta politicus induat Theramenis

citur, simul cum Thrasybulo & Theramene. Horum in imperio tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedaemonii, qui paullo ante victores viguerant, perterriti pacem peterent. Victi enim erant quin-

ocream. Theramenes, rogatus a Cleomene quodam juvene, demagogo, cur muros a Themistocle invitis Lacedaemoniis excitatos destrui juberet, respondit, sese ad civium salutem hosce destruere, ad quam eosdem struxerat Themistocles. V. Plut. in Lysandro p. 441. Crimini ei quoque datur, quod Triginta Virorum ordini ab ipso populo propter integritatem adscriptus, primo horum tyrannorum teterrimo Critia intime uteretur, idemque sentiret. sed quando? quamdiu Critias, ejusque conlegae sceleratissimos, & Reip. pestes de medio tollebant, eorumque judicia modestissimo cuique placebant; sed simulac insontes, & inprimis ditissimos falsis criminibus obruerent, & crudelissime interficerent, civium suorum caussam egregie defendit, nulla prioris familiaritatis, quae ei cum Critia intercesserat, aut conlegii necessitudinis ratione habita, donec a Critia falsis criminibus circumventus ultimo supplicio adfectus fuit. Vid. Diod. Sicul. XIV. 4, 5. Alcibiadem suasu Theramenis ex exsilio revocatum esse docet Lib. XIII. cap. 38. & 42. Caussam, cur hoc suaserit populo, ostendit Critiae in sua apologia apud Xenophontem L. II. H. Gr. p. 365. De morientis constantia Xenophon. L. II. H. Gr. p. 367. Cicero L. I. Quaest. Tuscul. c. 40. & Val. Maxim. III, II, 6. quae loca jam alii viderunt. Denique, quod in hac histo-ria

quinque praeliis terrestribus, tribus navalibus: in quibus 1 ducentas naves triremes amiserant, quae captae in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul 6
cum conlegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas praeterea urbes Graecas, quae in ora sitae sunt Asiae: quarum expugnarant complures; in his Byzantium. neque minus multas consilio ad amicitiam adjunxerant, quod in captos clementia fuerant usi. Inde praeda onusti, 7
locupletato exercitu, maximis rebus gestis Athenas venerunt.

CAPUT VI.

His quum obviam universa civitas in 1
Pyraeeum descendisset, tanta fuit omnium expectatio 2 visendi Alcibiadis, ut

ria Isocrati adtribuit Plut. in x. Orat. p. 836. Id Socrati adscribit Diod. Siculus Lib. XIV. cap. 5. De ejus e collapsa domo servati dicto Ὦ τύχην vel ὦ Ζεῦ, εἰς τίνα με καιρὸν φυλάττεις vide Plut. T. II. De Consolat. ad Apoll. p. 105. & Aelianum IX. V. H. 21. Hujus Theramenis mors Thrasybulum & ejus socios ad tyrannnorum caedem incitavit. Vide Justinum Lib. 5. c. 9. sed jam nimii sumus.

1 *Ducentas nav. trir.*] V. Cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. XIII cap. 68.

2 *Visendi Alcibiadis.*] Livius XXXI, 14. de Attalo Athenas ingresso *civitas omnis obviam effu-*

ut ad ejus 1 triremem vulgus confluе-
2 ret, proinde ac si solus advenisset. Sic enim populo erat persuasum, & adversas superiores, & praesentes secundas res adcidisse ejus opera. Itaque & Siciliae amissum, & Lacedaemoniorum victorias culpae suae tribuebant, quod talem virum e civitate expulissent. Neque id sine caussa arbitrari videbantur. Nam postquam exercitui praeesse coeperat, neque terra, neque mari hostes pares esse potuerant.
3 Hic ut navi egressus est, quamquam Theramenes & Thrasybulus eisdem rebus praefuerant, simulque venerant in Piraeeum, tamen illum unum omnes prosequebantur, & id quod numquam antea usu venerat, nisi Olympiae victoribus, coronis aureis 2 aeneisque vulgo donabatur.

effusa cum conjugibus ac Liberis, Sacerdotes cum insignibus intrantem ac Dii prope ipsi exciti sedibus suis exceperunt. Descendit in Piraeeum quinto & vigesimo die mensis Thargelionis nefasto, quo festum Πλυντήρια Minervae celebrabatur, nec serium quidquam incipere audebat populus, unde descensus infaustus credebatur. V. Xenophont. L. I. H. Gr. p. 342. & Plut. in Alcib. p. 210.

1 *Triremem.*] De hac Athenaeus L. XII. c. 9. p. 535. mox pro *perinde* lege *proinde.* V. Cl. Oud. ad J. Caesar III. B. Civ. c. I. p. 661.

2 *Aeneisque*] Aliquando in mentem venit *anthinisque* id est e floribus textis. populus olim

tur. Ille lacrimans talem benevolentiam civium suorum adcipiebat, reminiscens pristini temporis acerbitatem. Postquam 4
astu venit, concione advocata, sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrimarit, inimicumque his se ostenderit, quorum opera Patria pulsus fuerat, proinde ac si alius populus, non ille ipse, qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic sunt 5
publice bona: iidemque illi Eumolpidae Sacerdotes rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant: 1 pilaeque illae, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitatae.

CAPUT VII.

Haec Alcibiadi laetitia minus fuit diuturna. Nam quum ei omnes essent honores decreti, totaque respublica domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur; & ipse postulasset, ut duo sibi conlegae darentur, 2 Thrasybulus & Adimantus 1

olim honoris caussâ Virorum egregiorum capita floribus conspergere solebat. De Romanis Dionys. Halicarn III. A. R. 18. Attamen ab Auctore, licet Graeca amante, profectum non credo.

1 *Pilaeque illæ.*] Vid. Cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. XIII. c. 69.

2 *Thrasybulus & Adimantus.*] Xenophon Lib.

mantus, neque id negatum esset: classe jam in Asiam profectus, quod apud Cymen minus ex sententia rem gesserat,
2 1 in invidiam recidit. Nihil enim eum non efficere posse ducebant. Ex quo fiebat, ut omnia minus prospere gesta ejus culpae tribuerent, quum eum aut negligenter, aut malitiose fecisse loquerentur, sicut tum adcidit. Nam conruptum a Rege capere Cymen noluisse, arguebant.
3 Itaque huic maxime putamus malo fuisse, nimiam opinionem ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus, quam diligebatur: ne secunda fortuna, magnisque opibus elatus, tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est, ut absenti magistratum abrogarent, & 2 alium in ejus
4 locum substituerent. Id ille ut audivit, do-

1. H. Gr. p. 343. dicit, ei adiunctos esse Aristocratem & Adimantum; sed cum Nostro facit Diodorus L. XIII. c. 69. V. Cl. Wess. Plutarchus in Alcib. p. 210. non nominat duces; sed datos ei esse, quos ipse elegerat, refert.

1 *In invidiam incidit.*] Accusatus a Thrasybulo Thrasonis filio. Plut. in Alcib. p. 211. item ab ipsis Cymaeis, & a militibus e Samo Athenas eum criminatum profectis. V. Diod. Sic. XIII, 73, 74. ubi Bosii de arcano Atheniensium jussu opinionem rejicit cl. Wesseling.

2 *Alium in ejus locum.*] Plut. in Alcib. p. 211.

domum reverti noluit, & se 1 Pactyen contulit, ibique tria castella communiit, Bornos, Bysanthen, Neontichos, manuque conlecta 2 primus Graeciae civitatis in Thraciam introiit, gloriosius existimans barbarorum praeda locupletari, quam Grajorum. Qua ex re creve-

rat

211. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πεισθέντες ἑτέρους εἵλοντο στρατηγούς. hi numero erant decem, ut jam docuit Lambinus ad hunc locum. Verum non convenit de nominibus Praetorum. Diodorus Siculus L. xiii. c. 74. enumerat Cononem, Lysaniam, Diomedontem, Periclem, Erasinidem, Aristocratem, Archestratum, Protomachum, Thrasybulum (Interpretes ibi recte legunt *Thrasyllum*) & Aristogenem, & addit ἐκ δὲ τούτων προκρίνας, Κόνωνα ταχέως ἐξέπεμψεν, παρ' Ἀλκιβιάδου τὸ ναυτικὸν παραληψόμενον. Xenophon L. 1. Hist. Gr. p. 544. primo loco ponit Cononem, deinde Diomedontem, Leontem, Periclem, Erasinidem, Aristocratem, Archestratum, Protomachum, Thrasylum, & Aristogenem, qui p. 349. Leontem, *Lysiam* vocat. & apud Diodor. pro *Lysaniam* restituendum *Lysiam*. Vibi ibi Palm. Ab utroque vero Cononi primae dantur partes; unde Justinus L. v, cap. 5. Cononem solum Alcibiadi suffectum sine dubio narrat, caeteros ut Cononis modo adjutores, sive conlegas, quorum princeps erat Conon, recensere oblitus.

1 *Pactyen.*] Ita lege. V. Bosium ad h. l. & cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. xiii. c. 74.

2 *Primus Graeciae civitatis*] Vir doctus in Obs. Misc. Nov. A. 1740. p. 154. ingeniose satis legit, *Primus Graeciae privatus.*

rat cum fama tum opibus, magnamque amicitiam ſibi cum quibusdam regibus Thraciae pepererat.

CAPUT VIII.

1 Neque tamen a caritate patriae potuit
recedere. Nam quum apud Aegos
flumen Philocles praetor Athenienſium
claſſem conſtituiſſet ſuam, neque longe
abeſſet Lyſander praetor Lacedaemonio-
rum, qui in eo erat occupatus, ut bel-
lum quam diutiſſime duceret, quod ipſis
pecunia a Rege ſubpeditabatur, contra
Athenienſibus exhauſtis, praeter arma &
3 naves, 1 nihil erat ſuper: Alcibiades
ad exercitum venit Athenienſium, ibique
praeſente vulgo agere coepit: ſi vel-
lent, ſe coacturum Lyſandrum aut dimi-
care, aut pacem petere: Lacedaemonios
eo nolle confligere claſſe, quod pedeſtri-
bus copiis plus quam navibus valerent:
4 ſibi autem eſſe facile, Seuthen regem
Thracum deducere, ut eos terra depelle-
ret: quo facto, neceſſario aut claſſe con-
flicturos, aut bellum compoſituros. Id
etſi vere dictum Philocles animadverte-
bat, tamen poſtulata facere noluit, quod
ſentiebat, ſe, Alcibiade recepto, nullius
mo-

1 *Nihil erat ſuper.*] V. Gron. & Drak. ad Livium XXVI, 33.

momenti apud exercitum futurum: & si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore, contra ea, si quid adversi adcidisset, se unum ejus delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alci- 5
biades, quoniam, inquit, victoriae patriae repugnas, illud moneo, juxta hostes castra habeas nautica: periculum est enim, ne inmodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro nostris obprimendi exercitus. Neque ea res illum fefellit; nam Lysan 6
der, quum per speculatores comperisset, vulgum Atheniensium in terram praedatum exisse, navesque paene inanes relictas, tempus rei gerendae non dimisit, eoque inpetu totum 1 bellum delevit.

CAPUT IX.

At Alcibiades victis Atheniensibus non 1
satis tuta eadem loca sibi arbitratus, penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit, sperans, ibi facillime suam for-

1 *Bellum delevit.*] Hinc Lysander in templo Minervae Erganae posuit duas Aquilas, quibus duae Victoriae vehuntur, Una, quam ab Antiocho Alcibiadis gubernatore, & obpressis apud Ephesum Atheniensium triremibus. Altera, quam de tota Atheniensium classe ad Aegos potamos reportavit. V. Pausan. L. III. c, 17. p. 251.

2 fortunam occuli posse. falso. Nam Thraces, postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias ei fecerunt. qui ea, quae adportavit, abstulerunt, ipsum
3 capere non potuerunt. Ille cernens nullum locum sibi tutum in Graecia propter potentiam Lacedaemoniorum, ad Pharnabazum in Asiam transiit, quem quidem adeo sua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. Namque ei Grunium dederat in Phrygia castrum, ex quo quinquagena talenta vectigalis capie-
4 bat. Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedaemoniis servire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogi-
5 tatione; sed videbat, id sine Rege Persarum non posse fieri. ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi. neque dubitabat, facile se consecuturum, si modo ejus con-
6 veniundi habuisset potestatem. Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare, Lacedaemoniis adjuvantibus, sciebat. id si ei aperuisset, magnam se [ab eo] initurum gratiam videbat.

CAPUT X.

1 Haec quum moliretur, peteretque a Pharnabazo, ut ad regem mitteretur,

tur, eodem tempore 1 Critias ceterique tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt, qui eum certiorem facerent, *nisi Alcibiadem sublatum esset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset. Quare si suas res gestas manere vellet, illum perse-que-*

1 *Critias, caeterique tyranni.*] Non est, quod pueris jam cognitam loquendi consuetudinem, quae Homero Il. A. 307. cum Schol. Aeschylo in Persis. 826. Pindaro Olymp. vii, 102. & Aeliano v. V. H. 6. &. sacris scriptoribus usitata, & jam a J. Rutgersio L. 1. Var. Lect. c. 8. Gronovio ad Livium iii, 25. & Burmanno ad Petronii Satyric. cap. 2. observata est, pluribus inlustrem. Attamen Critias, qui quidem unus e triginta tyrannis erat, distinguitur a Caeteris, quia tyrannorum praecipuus erat, & teterrimus sive crudelissimus v. Lact. L. iii. de Fals. Sap. cap. 19. in f. & ante eum Cic. 1. Tusc. Disp. 40 Val. Maxim. iii, ii. Ext. 6. Xenophon Lib. ii. H. Gr. p. 359, 361, 362, 366, 368. & de Reb. Memorab. p. 563, 564, 565. & Diod. Sicul. L. xiv. c. 4. Κριτίας δὲ προεστῶτος αὐτῶν. Ubique ei primae dantur partes vide & cap. 33. duxit quoque exercitum, oppugnantem Munichiam, ubi Critias occidit. adde Nepot. in Thrasybulo cap. 2. Vide plura de Critia Cl. Wess. ad Diodor. l. l. Fuit tamen nobilissimus & ditissimus. Xenophon. L. 1. Memor. p. 565. eoque magis contemnendus, quod divitiis & generis antiquitate insignis, & Socratis praeceptis inbutus, avaritia & crudelitate famam commaculavit.

2 *queretur*. His Laco rebus commotus statuit, adcuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat, quae Regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura, nisi Alcibiadem vivum, aut mortuum tradi-
3 disset. Non tulit hoc Satrapes, & violare clementiam, quam Regis opes minui, maluit. Itaque misit Sysamithren & Bagaeum ad Alcibiadem interficiendum, quum ille esset in Phrygia, iterque ad
4 regem 1 compararet. Missi, clam 2 vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi quum eum ferro adgredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa 3 casam eam, in qua

1 *Compararet.*] Nil muta. sic *compararese* pro parare se ad iter. v. Graev. ad Ciceron. pro Milone cap. 10.

2 *Vicinitati.*] V. Cl. Oud. ad J. Caesar VI. B. G. 34.

3 *Casam eam.*] Livius XXV, 39. *Pars ignes casis stramento arido tectis injiciunt.* V. Gron. ad Lib. XXX. cap. 5. quid si legas ex *Sarmeam Sarmenta* hoc modo *Ligna contulerunt & Sarmenta circa casam eam.* Cicero lib. I. in Verrem cap. 27. *Omnes ad eam domum, in qua iste deversabatur, profecti sunt, caedere januam saxis: instare ferro: ligna & sarmenta circumdare, ignemque subjicere coeperunt.* De caussa alia mortis vide Ephorum apud Diodorum Sicul. L. XIV. cap. 11. cum Nostro facit Justinus Lib. V. cap. 8. qui uterque triginta tyrannis id adscribunt, quod Plut. in Alcib. p. 212. uni Critiae tribuit.

qua quiescebat, eamque subcenderunt:
ut incendio conficerent, quem 1 manu
superari posse diffidebant. Ille autem ut 5
sonitu flammae est excitatus, etsi gladius
ei erat subductus, familiaris sui subalare
telum eripuit. Namque erat cum eo qui-
dam ex Arcadia hospes, qui numquam
discedere voluerat. Hunc sequi se jubet,
& id quod in praesentia vestimentorum
fuit, abripit. His in ignem ejectis, flam-
mae vim transiit. Quem ut barbari in- 6
cendium effugisse [eminus] viderunt, te-
lis missis interfecerunt, caputque ejus ad
Pharnabazum retulerunt. At 2 mulier,
quae cum eo vivere consuerat, muliebri
sua veste contectum, aedificii incendio
mortuum cremavit, quod ad vivum in-
terimendum erat comparatum. Sic Alci-
biades annos circiter quadraginta natus,
diem obiit supremum.

1 *Manu superari*] I. e. manu ferro armata, sive armis. Sic *manu facta morte* Ovidio in Ibin vs. 148. & ibi Burm.

2 *Mulier.*] Duas in exercitu habebat Timandram, & Theodotam, e quibus posterior Alcibiadem sepelivit. V. Athenaeum L. XII. cap. 9. p. 535. & L. XIII. cap. 4. p. 574. de conloquio Theodotae & Socratis v. Xenophont. L. III. Memorab. p. 618, 619, 620.

CAPUT XI.

1 Hunc infamatum a plerisque, tres gravissimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides, qui ejusdem aetatis fuit; Theopompus, qui fuit post aliquanto natus; & Timaeus: qui quidem duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando 1 conscierunt.
2 Nam ea, quae supra diximus, de eo praedicarunt, atque hoc amplius; quum Athenis splendidissima 2 civitate natus esset, omnes [Athenienses] splendore ac digni-

1 *Consenserunt.*] Lego *conscierunt* cum Cl. Oud. ad J. Caesar. L. I. B. G. cap. 28, 32.

2 *Civitate*] I. e. Urbe. Vid. Buenemann. ad Lactant. Firm. L. II. Inst. cap. 7. p. 212, 213. De Alcibiade dici nequit, quod de Atheniensibus Plato L. I. de Legg p. 780, ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ, διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι, —— μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης, αὐτοφυῶς, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί: sed potius in Alcibiadem convenit id, quod a Plutarcho scriptum est in Dione p. 983. ἔοικεν ἀληθῶς λέγεσθαι τὸ τὴν πόλιν ἐκείνην φέρειν ἄνδρας ἀρετῇ τε τοὺς ἀγαθοὺς, ἀρίστους, καὶ κακίᾳ τοὺς φαύλους πονηροτάτους, καθάπερ αὐτῶν καὶ ἡ χώρα κάλλιστον μέλι, καὶ κώνειον ὠκυμορώτατον ἀναδίδωσιν. hinc ad caput primum hujus vitae vidimus ab eodem Plutarcho cum Aegyptiorum terra comparari Alcibiadem.

dignitate vitae superasse: postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eo- 3
rum inservisse, ut nemo eum labore corporisque viribus posset aequiparare. omnes enim Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt. Eum- 4
dem apud Lacedaemonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiae se dedisse, ut parsimonia victus atque cultus omnes Lacedaemonios vinceret: fuisse apud Thracas, 1 homines vinolentos, rebusque Venereis deditos; hos quoque in his rebus antecessisse: venisse ad Persas, apud quos summa laus esset 5
fortiter venari, luxuriose vivere; horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Qui- 6
bus rebus effecisse, ut apud quoscumque esset,

1 *Homines vinolentos.*] Ne legas cum Leid. Cod. *violentos.* Vino dediti dicuntur Thraces, quia frigidam terram incolunt v. Schol. Theocriti idyll. VII. vs. III. & Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 114. Hinc delectari quoque dicuntur τοῖς σκορόδοις; οὖσι φυσικῶς θερμοῖς v. Schol. Aristophan. Acharn. 162. Thracum vinolentiam creditur indicare fabula de Lycurgo Liberum e Regno fugante. vide ad Hygin. fab. 132. Violentos & fraudulentos fuisse constat. V. Freinsh. ad Florum III, 4, 2. & Casaub. ad Strabon. L. IX. p. 616. sed hic de hisce Thracum vitiis non agitur.

esset, 1 princeps poneretur, habereturque carissimus. Sed satis de hoc: reliquos ordiamur.

1 *Princeps poneretur.*] Satyrus Peripateticus, qui scripsit vitas inlustrium Virorum (v. Athenaeum Lib. XII. cap. 11. p. 541. L. XIII. c. 1. p. 557. & Voss. L. III. de Hist. Gr. p. 410, 411.) de Alcibiade apud Athenaeum L. XII. cap. 9. p. 534. haec scribit *ἐν Θήβαις δὲ σωμασκῶν, καὶ γυμναζόμενος, τῶν Θηβαίων, αὐτῶν μάλλον βοιώτιος*. qui locus non fugit Lambinum ad cap. 1. h. v.

VIII. THRASYBULUS.

CAPUT I.

1 THRASYBULUS LYCI F. ATHENIENSIS. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito, an hunc primum omnium ponam. Illud sine dubio; neminem huic praefero fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, pauci po- 2 tue-

1 *Thrasybulus Lyci filius.*] Varii fuere Thrasybuli. Fuit & Thrasybulus Thrasonis filius, Alcibiadis criminator, ut vidimus jam e Plut. Alcib. p. 211. ad Alcib. c. 7. de quo Jac. Palmerius ad Diodor. Sicul. XIV, 32. Thrasybulus Dinomenis filius Siculus Syracusarum tyrannus, de quo Plut. T. II. p. 403. de Pythiae oracul. qui regno expulsus apud Locros privatus reliquum vitae tempus transegit. Vid. Diod. Sicul. L. XI. cap. 68. Thrasybulus Milesius, qui Periandro Corinthi tyranno, summa papaverum capita demetendo, civitatis principes tollendi consilium tacitus dederat. V. Dionys. Halicarn. Lib. IV. A. R. cap. 56. & Plut. in Sept. Sap. Conv. T. II. p. 147. & de cujus filio spurio Alexidemo p. 148, 149. De hoc Thrasybuli consilio, v. Menag. ad Diogen. Laert. I, 100. Noster hic fuit Lyci filius. Schol. Aristoph. Plut. 550. & Pausan.

fuerunt, ab uno tyranno patriam liberare; huic contigit, ut [1] a triginta obpressam tyrannis ex servitute in libertatem
3 vindicaret. Sed, nescio quo modo, quum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate praecurrerunt. Primum Peloponnesio bello multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc: quae ille universa [2] naturali quodam bono fe-
4 cit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna: quod in praelii concursu abit res a consilio ad [3] vires, vimque pugnantium. Itaque

san. L. I. c. 29. p. 71. & L. IX. c. II. p. 733. unde non audiendi codices Schotti, qui in Alcib. cap. 7. *Thrasibulus Lycei* scribunt. fuit Atheniensis, cognominatus Stiriensis. ut in Diodoro l. l. legendum. V. cl. Wesseling. ejus mater quoque ignoratur. V. Plut. Alcib. 191.

1 *A triginta obpressam tyrannis.*] Hos Tyrannos Atheniensibus ab ipsis Diis ad ulciscendam Virorum de patria apud Arginusas praeclare meritorum nefariam caedem inmissos esse censet Diodorus Siculus Lib. XIII. cap. 101, 102, & 103. De tempore, quo Atheniensibus hi tyranni a Lacedaemoniis praepositi sunt, Gron. ad A. Gell. XVII, 21. p. 794.

2 *Naturali quodam bono.*] Ciceronianum est. V. Bun. ad Lactant. L. VI. de vero cultu cap. 9. §. 8.

3 *Vires, vimque pugnantium.*] Adridet mihi Lambini emendatio legentis *vires, virtutemque pugn.* vel *ad vim virtutemque pugn.* Cicero, quem Noster sequitur. L. I. in Verrem

que jure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero 1 fortuna vindicat, seque his plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest praedicare. Quare illud magnificentissimum factum proprium est Thrasybuli. nam quum triginta tyranni, praepositi a Lacedaemoniis, servitute obpressas tenerent Athenas, 2 plurimos cives, quibus in bello pairserat fortuna,

rem cap. 21. *Regem Persen vi ac virtute superavit.* & paullo post *ex urbe hostium vi, & virtute capta.* Curtius forsitan Nostrum imitatus dicit Lib. IX. cap. 7. §. 16. *ob eximiam virtatem virium* ubi interpr. de sententia Cicero consulendus pro Balbo cap. 4. p. 525.

1 *Fortuna vindicat.*] Plut. in Dione p. 979, *ὧν δὲ τοῦ πολέμου κατορθώσεις, εἰ καὶ ἀνθρώπων μηδένα, τὴν γε τύχην διαμφισβητοῦσαν ἔχουσιν.* Cicero pro Milone cap. 30. *Hujus beneficii gratiam, Judices, Fortuna populi Romani & Vestra felicitas & Dii inmortales sibi deberi putant.* De Fortuna consule etiam L. 11. de Offic. cap. 6.

2 *Plurimos cives.*] Mille quingentos cives indicta caussa necatos esse ex Aeschine ad h. l. docuit Lambinus. Inprimis exstincto Theramene divites falsis criminibus accusatos trucidarunt, & eorum bona diripuerunt, nec a peregrinis manus abstinuerunt, e quibus sexaginta ditissimos, ut eorum facultatibus potirentur, interfecerunt. Vide Diodor. Sicul. Lib. XIV. cap. 5. & Xenophont. L. 11. H. Gr. p. 362. Mortem vero Nicerati, Leonis Salaminii, & Antiphontis aegerrime tulerat Theramenes. p. 364.

tuna, partim patria expulissent, partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisissent, non solum princeps, sed & solus initio bellum his indixit.

CAPUT II.

1 Hic enim quum Phylen confugisset, quod est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, 1 quam triginta de suis. Hoc initium fuit salutis 2 Actaeorum; hoc robur libertatis clarissi-

364. & quantopere Niceratum omnes Athenienses luxerint, narrat idem Diodorus. De medio quoque sustulerunt Autolycum dicendi libertate insignem. Vid. Diod. l. l. Andocides exulavit & Lysias Rhetores, quorum alter Elide, alter Megaris habitavit usque ad nostri Thrasybuli reditum, V. Plut. T. II. in X. Rhetor. p. 834, 835. Pater Aeschynis Atrometus quoque tyrannidem horum effugit, postea cum Thrasybulo libertatis vindice reversus. V. Photii Bibliothecam p. 1466. Draconis ac Solonis Legum nulla ab his Tyrannis, leges nunc figentibus, nunc refigentibus, habita est ratio. Vid. clar. Wesseling. praefat. ad Petiti leges Atticas pag. 4. sed hisce diutius inmorari nolo, quia satis nota sunt.

1 *Quam triginta de suis.*] Cur de hoc numero inter Historicos non conveniat, caussam docet Cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. XIV. cap. 32.

2 *Actaeorum.*] Sic nonnunquam reperias *Romani* pro Romanis: *Thebaei*, pro Thebanis.

Gar-

rissimae civitatis. Neque vero hic non 2
contemptus est primo a tyrannis, atque
ejus solitudo. quae quidem res 1 & illis
contemnentibus, pernicii; & huic de-
specto, saluti fuit. haec enim illos ad
persequendum segnes, hos autem tempo-
re ad comparandum dato fecit robustio-
res. Quo magis praeceptum illud omnium 3
in animis esse debet: *Nihil in bello opor-
tere contemni.* nec sine caussa dici 2 *Ma-
trem timidi flere non solere.* Neque ta- 4
men pro opinione Thrasybuli auctae sunt
opes

Carchedonius pro Carthageniensi. & *Athenaeus.* pro Atheniensi v. Salmas. ad Tertulliani Pallium p. 129.

1 *Illis contemnentibus.*] Verum est dictum Jasonis apud Xenophont. Lib. VI. Hist. Graec. p. 468. Ὁ θεὸς δὲ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς.

2 *Matrem timidi flere n. s.*] Vide de metus utilitate Xenophont. L. III. Memorab. p. 607. Iphicrates in Apophth. apud Plut. T. II. p. 187. dicit, pessimam Imperatoris vocem esse *Non putaram.* Euthymus damno suo sensit, quid esset hostes suos feminas appellare. V. Plut. Timol. p. 252. Scythae apud Curtium Lib. VII. c. 8. §. 15. recte dicunt *Leo aliquando minimarum avium pabulum fuit, & ferrum rubigo consumit; nihil tam firmum est, cui periculum non sit, etiam ab invalido.* De Chalcide vide Livium Lib. XXXI. cap. 23.

opes. Nam jam tum illis temporibus fortius boni [1] pro libertate loquebantur,
5 quam pugnabant. Hinc in Piraeeum transiit, Munychiamque munivit. Hanc bis tyranni obpugnare [2] sunt adorsi: ab eaque turpiter repulsi, protinus in urbem, armis inpedimentisque amissis, refuge-
6 runt. Usus est Thrasybulus non minus prudentia, quam fortitudine. nam cedentes violari vetuit. *cives* enim *civibus parcere aequum* censebat. neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior inpugnare voluit. neminem jacentem veste spoliavit: nil adtigit, nisi arma, quorum indige-
7 bat, & quae ad victum pertinebant. In secundo praelio cecidit [3] Critias dux tyrannorum, quum quidem exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.

C A-

1 *Pro libertate fortius loqu. quam pugnabant.*] Phocion apud Plut. p. 745. ait de Atheniensibus πολεμοῦντες μὲν ἦσαν ταπεινοὶ, καὶ περιδεεῖς, γενομένης δὲ εἰρήνης, ἐθρασύνοντο, & ideo suasit iisdem & Boeotiis διὰ τῶν λόγων, ἐν οἷς εἰσὶ κρείττους; μὴ διὰ τῶν ὅπλων, ἐν οἷς ἥττους, μάχεσθαι.

2 *Sunt adorti.*] Lege *sunt adorsi* i. e. inceperunt. V. Drack. ad Livium in Epitome Libri XXXVI.

3 *Critias*] cadit una cum Hippomacho. uterque erant crudelissimi tyrannorum. v. Justinum Lib. V. c. 9. male enim ibi *Hippolochus* editur. quod jam viderunt alii. V. Cl. Wess. ad Diod. Sicul. XIV, 4.

CAPUT III.

1 Hoc dejecto Pausanias venit Atticis 1 auxilio rex Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybulum & eos, qui urbem tene-

1 *Hoc dejecto.*] Ante adventum Pausaniae Decem Viri electi erant, qui Remp. regerent, de quibus h. l. mentionem facit Nepos, postquam triginta Tyrannis communi civium arbitrio imperium erat ablatum. Hi decem electi sunt, unus e quavis tribu. V. Xenophont. L. II. H. Gr. p. 371. In his tamen Decem Viris quinque e conlegio Triginta Tyrannorum lectos esse alii tradunt scriptores, ut Phidonem, Eratosthenem, Hippoclem, Epicharem, & Rhinonem. Vide, quos laudat celeb. Wesselingius ad Diodor. Sicul. L. XIV. cap. 33. de tota hac historia eruditissime disputans. Quod si fecerint Athenienses, stulte fecerunt. facile enim conjicere poterant, quid de singulis sperandum foret, qui suo conlegae Therameni non parserant, crudeliter & avare jam agere adsueti. Si malam arborem ejicias, non modo rami cum stirpe amputandi; verum etiam radices cum fibris evellendae sunt. (Postea prudentius Athenienses fecerunt, quod equites, quibus Triginta tyranni usi erant, Thimbroni Laconi dederint, ut procul Athenis abessent, & perirent. Vide Xenophont. Lib. III. H. Gr. p. 374, 375.) Sane hi decem, ut Justini Lib. 5. cap. 10. verbis utar, nihil exemplo prioris dominationis territi, eamdem vim crudelitatis adgressi

tenebant, 1 fecit pacem, his conditionibus: ne

---

greſſi ſunt, & quadraginta naves cum mille militibus Lacedaemone arceſſunt, ad quos conligendos ipſe Phidon Spartam profectus eſt. E triginta viris, qui erant Eleuſine, a Lacedaemoniis quoque auxilia ſimul petierunt. Terreſtribus copiis Lacedaemone miſſis praefectus Lyſander, claſſem ducente ejus fratre Libye, venit in Atticam. Confer Xenophontem cum Diodoro l. l. Tum demum Pauſanias Atticis venit auxilio ob cauſſas jam ab interpretibus Nepotis & Juſtini ex laudatis ſcriptoribus Graecis adlatas. De quo Pauſania Pliſtoanactis filio haec adnotat Pauſanias ſcriptor Lib. III. cap. 5. Οὗτος ἐς τὴν Ἀττικὴν ἀφίκετο ὁ Παυσανίας Θρασυβούλῳ καὶ Ἀθηναίοις πολέμιος τῷ λόγῳ, τοῖς δὲ ἄρχειν ἐπιτραπεῖσιν ὑπὸ Λυσάνδρου καταστησόμενος τὴν τυραννίδα ἐν βεβαίῳ. καὶ μάχῃ μὲν ἐνίκησεν Ἀθηναίων τοὺς ἔχοντας τὸν Πειραιᾶ, μετὰ δὲ τὴν μάχην αὐτίκα οἱ τὸν στρατὸν ἀπάγειν οἴκαδε ἤρεσε, μηδὲ ἀνοσίων ἀνδρῶν τυραννίδα αὔξοντα ἐπισπάσασθαι τῇ Σπάρτῃ τὸ αἴσχιστον ὀνειδῶν. ὡς δὲ ἐπανῆλθεν ἐξ Ἀθηνῶν μαχησάμενος ἄπρακτον μάχην, ὑπάγουσιν αὐτὸν ἐς κρίσιν οἱ ἐχθροί. Hic itaque Pauſanias & hoc crimine, & aliis a Xenophonte in fine Libri tertii p. 396. enumeratis capitis damnatus Tegeae, quo ſeſe contulerat, morbo exſtinctus eſt. Confer Pauſaniam l. l. p. 215, 216. & Juſtinum Lib. VI. Cap. 4.

1 *Is fecit pacem his conditionibus.*] Τὸ *his* abeſſe poſſet. V. Gron. & Drak. ad Livium XXIII., 7. Heinſ. ad Vellejum Paterc. II, 3, 3. & Cort. ad Salluſtii Jugurth. cap. 112. n. 1. Licet ſcriptor Pauſanias depace a Pauſania rege com-

ne qui praeter triginta tyrannos, & decem, qui postea praetores creati, superioris more crudelitatis erant usi, adficerentur exsilio: neve bona publicarentur: reipublicae procuratio populo redderetur. Praeclarum hoc 2
quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, quum plurimum in civitate posset, legem tulit: *ne quis ante actarum rerum adcusaretur, neve multaretur*: eamque illi
1 [*legem*] *oblivionis* adpellarunt. neque 3
vero

composita taceat, hanc tamen reconciliationem ei adscribit Diodorus Siculus L. XIV. cap. 33. Neque Pausanias rex proprio Marte, sed Ephororum jussu, qui quindecim Viris, Athenas missis, & simul Pausaniae regi, quam aequissime possent, res componendi potestatem fecerant, pacem inter Thrasybulum & Urbanos reconciliavit. V. Xenophont. L. II. H. Gr. p. 373.

1 *Legem oblivionis.*] Cum Bosio facile legi posset, *eamque illi oblivionem.* Plut. in Symposiac. Lib. IX. p. 741. narrat, Athenis a Neptuno, quem Minerva vicerat, aram *Oblivionis* positam esse in templo, in quo Neptunus & Minerva simul colebantur. de quo Neptuno satis argute, Conviva Lamprias dicit, ὅσῳ τοῦ Θρασυβούλου γέγονε Ποσειδῶν πολιτικώτερος, εἰ μὴ κρατῶν, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ᾽. ἡττώ —. Et sane facile est Rerum potito injuriarum oblivisci, sed victo difficillimum. Hujusmodi irarum oblivionem docebant Pythagorici symbolo isto τῆς χύτρας τὸν τύπον ἀφανίζειν. V. Plut. Symp. L. VIII. p. 728. Alii quoque hac oblivionis conditione pacem fecerunt, aut facere conati

F sunt.

vero hanc tantum ferendam curavit, sed etiam, ut valeret, effecit. Nam, quum quidam ex his, qui simul cum eo in exsilio fuerant, caedem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, publice prohibuit: & id, quod pollicitus erat, praestitit.

CAPUT IV.

1 Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis, quae, quod amor civium, non vis, expresserat, nullam habuit invidiam: magnaque fuit gloria.
2 Bene ergo 1 Pittacus ille, qui septem Sapientum numero est habitus, quum ei Mitylenaei multa millia jugerum agri munera darent, *Nolite, oro vos*, inquit, *id mihi*

sunt. De Cyrenaeis v. Diod. Sicul. L. XIV. cap. 34. Romani ab hac Oblivionis lege non fuerunt alieni. Vide Dionys. Halicarn. A. R. Lib IV. cap. 27. Lib. V. cap. 57. L. VI. cap. 38. Lib. XI. cap. 46. & 49. Ciceron. Philipp. I. cap. 1. & Sueton. in Claudio cap. 11. sed inprimis facit ad Thrasybuli laudem, quod invitatus in Theramenis locum Triginta Tyrannorum ordini adscribi noluerit. v. Diod. Sicul. L. XIV. cap. 32.

1 *Pittacus.*] Egregie de hac re disputat Plut. T. II. Praec Polit. p. 820. De hoc Pittaci facto V. Menag. ad Diogen. Laert. 1, 75.

mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant. quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quae & mei animi aequitatem & vestram voluntatem 3
indicent. Nam parva munera, diutina: locupletia, non propria esse consueverunt. Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit, neque quemquam honore se antecessisse existimavit. 4
Hic sequenti tempore quum praetor classem ad Ciliciam adpulisset, neque satis diligenter in castris ejus agerentur vigiliae 1 a barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

1 *A barbaris.*] V. Cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. XIV. cap. 99.

IX. CONON.

CAPUT I.

1 [1] CONON ATHENIENSIS Peloponneſio bello [2] adceſſit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit. nam & praetor pedeſtribus exercitibus prae-

1 *Conon.*] Hunc diverſum eſſe a Conone Aſtrologo Samio jam dudum obſervatum eſt a Viris doctis. Cerda Servii errorem detexit jam ad Virgilii locum. G. J. Voſſius Lib. III. de Hiſtoricis Graecis p. 481, 482. cap. 17. videtur credere, hunc errorem non ab ipſo Servio, ſed ab interpolatore Servii eſſe profectum. Timothei filium vocat eum Pauſanias L. III. cap. 9. p. 225. Hic Conon, & ejus filius Timotheus praeclare geſtis rebus ſecundi a Miltiade & Cimone fuiſſe dicuntur ab Eodem L. I. cap. 29. & Lib. VIII. cap. 52. p. 705. Conon inter eos numeratur, qui Univerſae Graeciae beneficia ſumma dederunt. quid mirum? nam peritiſſimus praeliorum navalium fuit, quare Pharnabazus eum apud Euagoram Cypri regem exſulantem ſuo Regi, de meliori nota ita commendavit, ut hic ſuae claſſi Cononem Athenienſium navarchum praefecerit. V. Diodor. Sicul. L. XIV. cap 39. qui cap. 79. & 81. eum ideo Perſarum navarchum vocat. Pro Perſis itaque fortiter dimicans ſuos Athenienſes comunque ſocios e La-

praefuit, & praefectus classis res magnas mari gessit. Quas ob caussas praecipuus ei honos habitus est. namque omnibus unus insulis praefuit. in qua potestate Pheras cepit, coloniam Lacedaemoniorum. Fuit etiam extremo Pe- 2
loponnesio bello praetor, quum apud Aegos flumen copiae Atheniensium a Lysandro sunt 1 devictae. Sed tum 2 abfuit, eoque pejus res administrata est. Nam & prudens rei militaris, & diligens erat imperii. Itaque nemini erat his tem- 3
poribus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem adcepturos non fuisse.

Laconica servitute, quae, finito Bello Peloponnesiaco, eos in perpetuum pressura esse videbatur, in libertatem vindicavit, ut e sequentibus patebit.

2 *Adcessit ad Rempublicam.*] Proprie. Cicero L. 1. de Offic. cap. 9. p. 36. *Ad Remp. ne adcessuros quidem putant.*

1 *Devictae.*] Schol. Homer. Il. B. 204. observat, has copias esse devictas, quia novem duces Athenienses classi praefecerant, postea vero Cononem solum praefectum Classi, apud Cnidum de Peloponnesiis victoriam reportasse. Cur Athenienses pluribus simul praefecturam unius classis demandarint, caussam docet Loccenius ad Alcib. cap. 3.

2 *Abfuit.*] Quidam Codices *affuit* lege *afuit.* Vide, quos laudat Celeb. Oud. ad J. Caesarem L. 1. B. G. c. 36.

CAPUT II.

1 Rebus autem adflictis quum patriam obsideri audisset, non quaesivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde praesidio posset esse civibus suis. Itaque 1 contulit se ad Pharnabazum satrapen 2 Ioniae & Ly-

1 *Contulit sese ad Pharnabazum.*] Auctor noster hic sua brevitate iterum obscurus est. Contulerat sese Conon post praelium navale, ad Aegos potamos commissum, in insulam Cyprum, οὐ τὴν ἀσφάλειαν ἀγαπῶν, ἀλλὰ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, ὥσπερ ἐν πελάγει τροπὴν, περιμένων. V. Plut. in Artax. p. 1021. In Cypro quum versaretur, ab ipso Pharnabazo multa ei Artaxerxis nomine pollicito ultro defertur Cononi Classis praefectura, quam accepisse dicitur, ἅμα μὲν ἐλπίζων ἀνακτήσασθαι τῇ πατρίδι τὴν ἡγεμονίαν, εἰ Λακεδαιμόνιοι καταπολεμηθεῖεν, ἅμα δὲ αὐτὸς μεγάλης τεύξεσθαι δόξης. V. Diod. Sicur. XIV. 59. Cum Diodoro facit Justinus Lib. VI. cap. 1. Plutarchus l. l. dicit Cononem ad ipsum Artaxerxem misisse literas, Zenoni Cretensi, saltatori, aut Polycrito, Mendaeo medico, vel utroque absente, Ctesiae medico reddendas. Quidquid sit, non statim sese contulit Conon ad Pharmabazum. Regiae classi praefectus in locum Tissaphernis Lacedaemonios vicit. quod Atheniensibus resumendae potentiae initium, Lacedaemoniis habendae finis fuit, ut Justinus VI, 2, 3. narrat.

2 *Ioniae.*] Habebat hic Pharnabazus Regiam

Lydiae, eumdemque generum Regis, & propinquum: apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam, quum Lacedaemonii, 2
Athieniensibus devictis, in societate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime inpulsi a Tissapherne, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, & cum Lacedaemoniis coierat societatem, hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator; re quidem vera exercitui praefuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum ducem summum Age- 3
silaum inpedivit, saepeque ejus consiliis obstitit. neque vero non fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus Regi fuisse erepturum. Qui postea- 4
quam domum a suis civibus revocatus est, quod Boeotii & Athenienses Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihilo secius apud praefectos Regis versabatur, hisque omnibus maximo erat usui.

giam suam in urbe Ioniae Dascylio, quam Regiam describit Xenophon L. iv. H. Gr. p. 397. cum vero in Lydia esset, Sardibus Regiam habebat, ubi viridarium habebat magnifice excultum, sed ab Agesilao vastatum. V. Diod. Sicul. L. xiv. cap. 80. & Pausan. L. iii. cap. 9. p. 226.

CAPUT III.

1 Defecerat a Rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi, quam ceteris, erat 1 apertum. Multis enim magnisque meritis apud Regem, etiam quum in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum, si non facile ad credendum 2 adducebatur, reminiscens, ejus se 2 opera Cyrum fratrem superasse. Hujus adcusandi gratia Conon a Pharnabazo ad Re-

1 *Apertum.*] Artaxerxi id indicaverat Artabazus. Justin. VI,1. Ad haec mater Parysatis Tissaphernem exosa, quod hic expeditionem filii sui Cyri adversus fratrem susceptam calumniose detulerat, ad vindictam de eo exigendam Artaxerxem incitaverat quoque, variis eum obruens criminibus, quibus permotus Artaxerxes eum interficiendum curavit. A Tithrauste igitur Colossis in Phrygia, satrapae cujusdam, nomine Ariaei, opera in balneo comprehensus, & capite, ad Artaxerxem transmisso, truncatus est. V. Plut. in Agesilao p. 601. & in Artaxerxe p. 1022. & Diodor. Sicul. L. XIV. cap. 80. cum Bosii nota ad cap. 4. hujus vitae. Neque Conon ad Regem profectus est Tissaphernis accusandi; sed querendi de stipendio, quo Regis praefecti milites fraudare solebant, & cetera, ad Lacedaemonios navalibus copiis debellandos sibi necessaria petendi caussa. Vid. Justinum lib. VI. cap. 2. & Diod. l. l. c. 81.

2 *Inducebatur.*] Lege *adducebatur*. V. Cl. Oudend. ad J. Caesar. L. IV. B. G. cap. 6.

Regem missus, posteaquam venit, primum ex more Persarum ad 1 chiliarchum, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithraustem adcessit, *seque* ostendit *cum rege conloqui velle.* nemo enim sine hoc admittitur. huic ille, *nulla*, inquit, *mora est: sed tu delibera, utrum conloqui malis, an per literas agere, quae cogitas, necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem* 2 (quod προσκυνεῖν illi vocant.) *Hoc si tibi grave est, per me nihilo* 3

1 *Chiliarchum.*] De hujus munere Brisson. L. 1. de R. P. cap. 213. Perdiccas in Alexandri aula dicitur fuisse chiliarchus a Dexippo apud Photium p. 202.

2 *Quod illi προσκυνεῖν vocant.*] Indignatur Heusingerus, quod haec verba, per sese clara, editorum negligentia fuerint obscurata, iisdem literis ea exprimentium, quibus Tithraustis oratio distinguitur ab Auctoris sermone; quia haec non sunt verba Tithraustis, sed Nepotis. Scio quidem, Batavorum ingenia, cum Boeotiis in crasso aere natis facile comparanda, non tam acuta esse, quam Germanorum. Verum non tam stupida sunt, quin facile perspiciant, haec verba non esse Tithraustis. Attamen Isenacensis noster iste adversarius sciat, neque me credere esse Nepotis, sed a Librariis adsuta Nepoti. Nam Persae hoc non vocant προσκυνεῖν, sed Graeci. Persarum lingua a sermone Graecorum tam diversa erat, ut Graeci cum Persis conlocuturi, semper interprete uti cogerentur. vide Brisson. L. 1. R. P. c. 214. Si quid Nepos voluisset nos do-

 cere,

nihilo secius editis mandatis conficies, quod
4 *studes.* Tum Conon: *Enimvero*, inquit, *non est grave quemvis honorem habere Regi: sed vereor, ne civitati meae sit obprobrio, si, quum ex ea sim profectus, quae ceteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum, quam illius, more fungar.* Itaque huic, quae volebat, scripta tradidit.

CAPUT IV.

1 Quibus cognitis, Rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaverit, & Lacedaemonios bello persequi jusserit: & ei permiserit, quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam. id arbitrium Conon *negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet: sed se suadere,*
2 *Pharnabazo id negotii daret.* Hinc magnis muneribus donatus ad mare est missus,

cere, debuisset nobis indicare, qua voce Persae hanc venerationem exprimerent. Nepos in Cimone cap. 3. dicens *testarum suffragiis, quod illi Ostracismum vocant* de Atheniensibus loquebatur, qui istud suffragium hoc nomine appellabant. In Milt. cap. 4. indicans, genus quoddam cursorum dici hemerodromos, agebat de Graecis. Sed jam haec verba parenthesi inclusi, non quia Nepotis, sed interpolatoris cujusdam esse credo.

sus, ut Cypriis, & Phoenicibus, ceterisque maritimis 1 civitatibus naves longas imperaret, classemque, qua proxima aestate mare tueri posset, compararet: dato adjutore 2 Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedaemoniis est nuntia- 3
tum, non sine cura rem administrarunt, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. Nam ducem fortem & prudentem, regiis opibus praefuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt 4
classem, proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon 3 apud Cnidum adortus magno

1 *Civitatibus naves longas imperaret.*] Haec locutio cuivis optimorum scriptorum propria est, ut Livio XXIII, 5. *Pedites vobis imperemus.* cap. 28. *pecunias imperat populis omnibus.* Vide Drak. ad Livii Lib. IX. cap. 43.. Ciceroni Lib. VI. ad Attic. Ep. 1. *Appii instituto tributa imperat*, ita ut haec locutio potuisset Curtio familiaris esse, licet numquam legisset Nepotem. attamen cum Gebhardo statuo, Curtium Nepotis nostri scripta in deliciis habuisse.

2 *Pharnabazo, sicut ipse voluerat*] E Diodoro Siculo L. XIV. cap. 81. (Rex) τὴν ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ λαβεῖν εἰς τὸν πόλεμον συνηγητήμενον, ὃν ἂν προαιρῆται Περσῶν. Κόνων μὲν οὖν Φαρνάβαζον ἐχόμενος &c.

3 *Apud Cnidum.*] V. Olear. ad Philostrati V. Apoll. Tyan. cap. 32. Schol. Homeri

gno praelio fugat, multas naves capit, complures deprimit. Qua victoria non solum Athenae, sed etiam cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte navium in patriam venit: 1 muros dirutos a Lysandro, utrosque & Piraeei, & Athe-

Il. B. 204. uni Cononi hanc victoriam adscribit. Verum Cononi & Pharnabazo Plutarchus in Agesilao p. 605. Xenophon L. IV. p. 404, 405. narrat, Cononem cum Graeca classe in prima fuisse acie, Pharnabazum vero post Cononem adfuisse cum navibus Phoeniciis. utrique etiam Diodorus Siculus Lib. XIV. cap. 83. In hoc praelio Dux Lacedaemoniorum cadit Pisander, fortiter dimicans, ut iidem scriptores indicant. Vide & Lambinum ad h. l. & cum hoc praelio Theopompus Chius historiam Rerum Graecarum duodecim Libris conscriptam absolvit. V. Diodor. cap. 84. & ibi cl. Wess.

2 *Muros dirutos a Lysandro.*] Lacedaemoniis mos erat aliis populis urbium muros invidere, cum quibus pacem his legibus semper faciebant, ut muros destruerent. Hinc factum est, ut Athenienses a Lacedaemoniis victi muros suos destruere coacti fuerint, qui simulac victores essent, statim eos reficiebant. V. Arrian. L. I. Exp. Al. M. cap. 9. p. 20. Sic Lacedaemonii quoque ad Mantinenses legatos miserunt, qui suo nomine eos moenia destruere juberent. v. Xenophont. Lib. V. H. Gr. 431. Ideoque non tanto hiatu dignum est, quod Lacedaemonii muris per

Athenarum, reficiendos curat: pecuniaeque quinquaginta talenta, quae a Pharnabazo adceperat, civibus suis donat.

per aliquot saecula caruerint, quae enumerantur a scriptoribus, quos laudat Bosius ad Agesil. cap. 6. & Drakenb. ad Livium Lib. XXXIX. cap. 37. Majori laude digni fuissent, si sese soli sine muris defendissent, & alios Graecos intra muros latere aequo animo tulissent. Caeterum muri Athenarum & Piraeei non modo permittente, ut Ernstius ad h. l. notat, sed & sumptum praebente Pharnabazo, ut refert Plut. in Agesil. p. 608. refecti sunt. Adde Xenophontem Lib. IV. H. Gr. p. 419, 420 Juxta Nepotem videretur Conon curasse quidem muros instaurandos, sed talenta a Pharnabazo accepta civibus divisisse. Sed haec Cononis liberalitas non tantopere laudanda esset. Athenaeus Lib I. cap. 3. addit, Cononem, vera hecatombe sacrificata, universos Athenienses epulo excepisse; sed res ita sese habet. Conon pecuniis, ad muros reficiendos a Pharnabazo acceptis, fabros, & lapicidas conduxit, & adsumptis etiam ad opus faciendum suis remigibus, magnam muri partem restituit. Ipsi Athenienses, Thebani, qui quingentos fabros & Lapicidas sponte sua miserant, & civitates caeterae aliquam, sive reliquam muri partem absolverunt. V. Diod. Sicul. L. XIV. c. 85. & Xenophont. l. l. De nece Cononis Wess. ad Diodori locum.

CAPUT V.

1 Adcidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secunda, quam in adversa esset fortuna. Nam classe Peloponnesiorum devicta, quum ultum se injurias patriae putaret, plura concupivit,
2 quam efficere potuit. Neque tamen ea non pia & probanda fuerunt, quod potius patriae opes augeri, quam regis maluit. Nam quum magnam auctoritatem sibi pugna sua navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset, non solum inter barbaros, sed etiam inter 1 omnes Graeciae civitates, clam dare operam coepit, ut Ioniam & Aeoliam restitueret
3 Atheniensibus. Id quum minus diligenter esset celatum, Tiribazus, qui Sardibus praeerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se mittere velle, magna de re. Hujus nuntio parens quum venisset, in vincula conjectus est: in qui-
4 bus aliquamdiu fuit. Nonnulli *eum ad regem abductum, ibique periisse* scriptum reli-

1 *Omnes Graeciae civitates.*] Non audiendus est Heusingerus, qui legit *Graeciae civitatis.* est Graecorum imitatio. Sic Diodorus Siculus Lib. XIV. cap. 83. Τὰς μεγίστας, τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων.

reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, *effugisse*, scripsit: illud addubitat, *utrum Tiribazo sciente, an imprudente sit factum*.

X. DION.

CAPUT I.

[1] DION HIPPARINI F. SYRACUSANUS, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio: ex qua duos filios, Hipparinum & [2] Nysaeum, procreavit; totidemque filias, nomine Sophrosynen & Areten. quarum priorem Dionysio filio eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit,

1 *Dion.*] Athanas Syracusanus scriptor Historiae Siculae, contextae XIII. voluminibus, de quo G. J. Vossius de H. Gr. Lib. III. p. 336. telam suam orsus est a rebus a nostro Dione gestis. V. Diodor. Sicul. L. XV. cap. 94. In historia fabulosa commemoratur Dion rex Laconiae. V. Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 30. Nescio, cur in Diodoro Sic. Lib. XVI. cap. 6. Δίων ὁ Ἱππαρίνου vertatur, *Dion Hipparini frater*, cum fuerit filius Hipparini, ut ex ipso Diodoro patet.

2 *Nisaeum.*] Non *Narsaeum.* V. cl. Wess. ad Diod. Sic. L. XVI, 6.

dit, alteram, 1 Areten, Dioni. Dion 2
autem praeter nobilem propinquitatem, generoſamque majorum famam, 2 multa alia ab natura habuit bona. in his 3 ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: magnam corporis dignitatem, quae non minimum commendatur: magnas praeterea divitias a patre relictas, quas ipſe tyranni muneribus auxerat. Erat in- 3
timus Dionyſio priori, neque minus propter mores, quam adfinitatem. Namque etſi Dionyſii crudelitas ei diſplicebat, tamen ſalvum [eſſe] propter neceſſitudinem; magis etiam ſuorum cauſſa, ſtudebat. Aderat in magnis rebus: ejusque conſilio multum movebatur tyrannus, niſi qua in re major ipſius cupiditas interceſſerat. Le- 4
gationes vero, quae eſſent inluſtriores, per Dionem adminiſtrabantur: quas quidem

1 *Areten.*] Haec cum ejus ſorore Ariſtomache & infante, viva, vel ut alii volunt, in maritimo itinere jam interfecta per Iceten in mare praecipitata eſt poſt Dionis necem. V. Plut. in Timol. p. 252. & in Dione p. 983.

2 *Multa alia ab natura habuit bona.*] Livius L. XXX. cap. 1. *Congeſtis omnibus humanis a natura fortunaque bonis.*

3 *Ingenium docile*] Diod. Sic. L. XVI. cap. 6. vocat Dionem *ἄνδρα ἐν φιλοσοφίᾳ μεγάλην ἔχοντα προκοπὴν, καὶ κατ' ἀνδρείαν, καὶ στρατηγίαν πολὺ προέχοντα τῶν κατ' αὐτὸν Συρακουσίων.*

dem ille diligenter obeundo, fideliter administrando, crudelissimum nomen *tyranni* sua humanitate 1 tegebat. Hunc a Dionysio missum, Karthaginenses suspexerunt, ut neminem umquam Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

CAPUT II.

1 Neque vero haec Dionysium fugiebant. Nam quanto esset sibi ornamento, sentiebat. quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret, neque eum secus diligeret ac filium. qui quidem, quum
2 Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit, quin eum arcesseret, quum
2 Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. De-

1 *Tegebat.*] Heusingerus hic mavult *leniebat.* Sed omnino *tegebat* retinendum. Legati ad alios populos missi sua humanitate efficiunt, ut hi, ad quos mittantur, sibi persuasum habeant, Regem, qui eos misit, ejusdem esse humanitatis. Vide eruditos Interpretes ad h. l.

2 *Dion ejus audiendi cupiditate flagraret.*] Cicero Lib. I. de Offic. cap. 44. De philosophis. *Erudiverunt multos, quo meliores cives, utilioresque rebus suis publicis essent, ut Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracusium Dionem Plato, multique multos.* Plato Dionis mentem mathematicorum praeceptorum lumine inlustravit, & ab Ethnicis ingenita super-

Dedit ergo huic veniam, magnaque eum ambitione Syracusas perduxit. Quem 3. Dion adeo admiratus est, atque adamavit, ut se totum ei traderet. Neque vero minus [1] Plato delectatus est Dione. Itaque quum a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem [2] venumdari jussisset, tamen eodem rediit, ejusdem Dio-

perstitione avocavit. V. Plut. in Nicia p. 538, 539. quantum per Platonem profecerit Dion, videndi, quos laudat Menagius ad Diogen. Laërt. III, 21. & Perizonius ad Aelian. L. IV. V. H. cap. 21. Nepotem hic confundere historiam jam docti docuerunt ad h. l.

1 *Plato delectatus est Dione.*] Eodem modo Dio delectabatur Platone. A. Gellius III, 17. refert, Platonem tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariorum fuisse mercatum, sed quia Plato non in re admodum lauta esset, Dionem juxta nonnullos id precium Platoni donasse. Diogenes Laërtius III, 9. dicit, Dionem Platonis rogatu hos libros emisse centum minis, sed nummis, quos Plato acceperat a Dionysio. Sed cap. 20. addit, quosdam dicere, Dionem remisisse pecuniam Anniceridi, qua Platonem redemerat.

2 *Venumdari.*] Plato de tyrannis & tyrannide liberius sententiam suam aperiens Dionysium ita offenderat, ut eum ultimo adfecisset supplicio, nisi fuisset exoratus a Dione & Aristomene, attamen ira non sedata tradidit eum Pollidi Lacedaemonio, qui forte legatus adse venerat, ut venundaretur, qui in Aeginam delatus Platonem vendidit Anniceridi Cyrenaico viginti, vel ut alii volunt, triginta minis.

4 Dionis precibus adductus. Interim in morbum incidit Dionysius. quo quum gra-

nis. sed Anniceris cum Athenas remisit, & pecuniam, quam Pollidi numeraverat, ab Atheniensibus Platonis amicis redditam accipere noluit, Platonis sapientiam plurimi faciens. Haec narrat Diogenes Laërtius III, 18, 19, 20. cum nota Menagii. Cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. XV. cap. 7. ex Aristide addit, Dionysium Platonem huic Pollidi dedisse, aut clam interficiendum, (vide & Plut. Dion. p. 959. & 960.) aut tamquam vile mancipium vendendum, qui tamen a se non impetravit, ut Platoni violentas manus inferret. De Anniceride Periz. ad Aelian. II. V. H. 27. Pollis vero a Chabria victus. (V. Diod. Sicul. XV, 34. Xenophont. L. V. H. Gr. p. 451. qui locus Wesselingium non fugit) postea in Helice Peloponnesi in mare demersus est, vindicta divina propter Platonem eum persecuta, ut censet Phavorinus in primo Commentar. apud Diogenem III, 20. Dionysii majoris tyrannis non modo Platoni, sed & Platonis sodalibus invisa fuit. Aristides Locrensis, Platonis discipulus, huic Dionysio, unius filiarum nuptias ab ipso petenti, respondit, sese mortuam malle videre filiam, quam cum tyranno matrimonio conjunctam, quem, filiis suis posthac a Dionysio necatis, & rogatum, num de filiarum elocatione idem sentire perseveraret, sese responsi hujus non poenitere, sed necem liberorum lugere, palam profiteri non puduit. vid. Plut. Timol. p. 238. Sine dubio Aristides Locrensis Dionysium aversatus fuerit, quod matrem suae uxoris Aristomaches sterilis Locrensem interfecerat falsa suspicione. V. Plut. Dion.

p.

gravi conflictaretur, quaesivit a medicis
Dion, *quemadmodum se haberet?* simul-
que ab his petiit, *si forte majori esset pe-
riculo, ut sibi faterentur. Nam velle se
cum eo conloqui de partiendo regno: quod
sororis suae filios ex illo natos partem regni
putabat debere habere.* Id medici non 5
tacuerunt, & ad Dionysium filium sermo-
nem retulerunt. quo ille commotus, ne
agendi cum eo esset Dioni potestas, patri
1 soporem medicos dare coegit. Hoc
aeger sumpto, ut somno sopitus diem
obiit supremum.

p. 959. imo quam insidiosa esset ejus affinitas, Locrenses experti erant. V. Wess. ad Diod. Sic. L. xiv. c. 107. ubi & de Rheginis non nisi lictoris filiam eidem elocare volentibus. Omnes vero discipuli Platonis Tyrannos ferre non potuerunt. De duobus nobilissimis Juvenibus Chione & Leonide, Platonis discipulis, Clearchi Heracleensium tyranni interfectoribus, vide Justinum Lib. xvi. cap. 5. caeterique Philosophi tyrannos exosi erant. de Callisthene Aristotelis discipulo Justin. xii, 6. & 7. Curt. viii, 5. Adde, quae de Solone & Pythagora dixi ad Milt. cap. 2.

1 *Soporem.*] Ipse Dionysius rogaverat medicamentum somnificum medicos, ut Timaeus refert apud Plut. Dion. p. 960. morbum contraxerat istum gravissimum nimio potu vini, cui sese ingurgitaverat, accepto victoriae tragicae nuntio exsultans. V. Cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. xv. cap. 74. Caeterum, quae Heusingerus hic profert de sopore, debet meis & aliorum ad h. l. notis.

CAPUT III.

1 Tale initium fuit Dionis & Dionysii simultatis, eaque multis rebus aucta est: sed tamen primis temporibus aliquamdiu simulata inter eos amicitia mansit. Quumque Dion non desisteret obsecrare Dionysium, *ut Platonem Athenis arcesseret, & ejus consiliis uteretur*, ille, qui in aliqua re vellet 1 patrem imitari, mo-

1 *Patrem imitari.*] Plut. Apopht. T. II. p. 176. Ὁ δὲ νεώτερος Διονύσιος ἔλεγε πολλοὺς τρέφειν σοφιστὰς, οὐ θαυμάζων ἐκείνους, ἀλλὰ δι' ἐκείνων θαυμάζεσθαι βουλόμενος. Tyranni plures virorum doctorum familiaritatem plurimi fecerunt, inprimis poëtarum. Vide, Pausan. Lib. I. cap. 2. p. 6. ideo multi philosophi cum Principibus vixerunt. Vide, quos laudat Cerda ad Virg. I. Aen. 316. & Interpretes ad Aelian. XII. V. H. 25. sed Tyranni inprimis doctorum virorum amicitias ambiunt, ut verbis & scriptis ipsorum vitia tegant. Callias donis conruptus ab Agathocle omnia ad tyranni arbitrium scripsit. V. G. J. Voss. L. I. de H. Gr. p. 69. Quam sollicitus fuit Dionysius, ne Plato sese infamaret! vide Diogen. Laert. III, 21. & Plut. in Dione p. 965, 966. Nec tyranni tantum, sed, eorum quoque aulici, adulandi caussa, eosdem magni aestimant, & artes, quas tractant; sed iisdem tyrannorum gratia excidentibus, eaedem artes negliguntur, vide de ipso nostro Platone, & Dionysio Plut. T. II. p. 52. de Adulat. Pruden-

morem ei gessit. eodemque tempore Phi- 2
listum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannis. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. Plato autem tantum apud 3
Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut ei persuaserit, tyrannidis fecere finem, libertatemque reddere Syracusanis. a qua voluntate Philisti consilio deterritus, aliquanto crudelior esse coepit.

denter agunt Docti, si Homerum & Hesiodum secuti Principum aulas vitent, teneantque memoria Aesopi Phrygis dicti primam partem *Philosophum cum tyrannis rarissime oportere versari.* V. Wess. ad Diod. Sicul. xv. 7. cujus memores numquam suae conscientiae vim fecerint. Adulatio rudi vulgo propria sit, non viris ingenuis, & doctrina excultis. quamquam tamen contrarium evenire saepius videamus. Legamus modo, quae Dionysius Halicarnass. Lib. x A. R. cap. 60. narrat. Interea Tyrannorum amici ex uno hoc nostro Philisto discant, quam dirum fatum sibi immineat, tyranni, cui blanditi sunt, impotenti dominatione fracta, de cujus tristissimo ac deplorando exitu vide Plut. in Dione p 973, 974. & Diodor. Sicul. xvi, 16. jam citatos a Vossio Lib. 1. de Hist. G. cap. 6. p. 26.

CAPUT IV.

1 Qui quidem quum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret obprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur: ostendens, se id utriusque facere caussa, ne, quum inter se timerent, alteruter al-
2 terum praeoccuparet. Id quum factum multi indignarentur, magnaeque esset invidiae tyranno, Dionysius omnia, 1 quae moveri poterant Dionis, 2 in navis inposuit, ad eumque misit. Sic enim existimari volebat, id se non odio hominis,
3 sed suae salutis fecisse caussa. Postea vero quam audivit, eum in Peloponneso manum comparare, sibique bellum facere cona-

1 *Quae moveri poterant.*] Haec vocat Dionis χρήματα & θεράποντας. V. Plut. in Dione p. 964. inter facile movenda numerat ergo Nepos pecunias & servos. in quos melius hoc dictum quadrat, quam in uxores & Liberos, de quibus non tam abiecte loquuntur scriptores, ut putat Hensingerus, ad Themistocl. cap. 2. V. Obs. Misc. tom. VI. A. 1744. p. 529, 530.

2 *In naves inposuit.*] Lege *in navis* pro *in naves*. V. Oud. ad Hirtium B, Afric. c. 54, p. 901.

conari; Areten Dionis uxorem, alii nuptum dedit, filiumque ejus sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis inbueretur cupiditatibus. Nam puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur: vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur. Is usque eo vitae statum commutatum ferre non potuit, postquam in patriam rediit pater, (namque adpositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent) ut 1 se de superiore parte aedium dejecerit, atque ita interierit. Sed illuc revertor.

CAPUT V.

Postquam Corinthum pervenit Dion, 1
& eodem perfugit 2 Heraclides, ab eodem expulsus Dionysio, qui praefectus fuerat equitum: omni ratione bellum comparare coeperunt. Sed non multum profi- 2
ciebant, quod multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur. Quam ob caussam pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam 3
suis copiis, quam odio tyranni, maximo ani-

1 *Se de superiore parte aedium dejecerit*] Proprie. Gron. ad Livium XXIII, 47.

2 *Heraclides*] V. cl. Wess. ad Diod. Sicul. XVI, 6, 17.

animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus obpugnatum: quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facile perculit, ut post diem tertium, quam Siciliam adtigerat, Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest, 1 nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia mu-
4 nitum. Eo tempore aberat Dionysius, & in Italia classem obperiebatur, adversa-

1 *Nullum imperium &c.*] De Dionysii Junioris felicitate, & fato, quod eum pressit, postquam Dion noster invasit imperium, Aelianus totum scripsit caput XII. Libri VI. V. H. ad quod caput consule Interpretes, & ad Lib. IX. cap. 8. nec non Clearchus Libro quarto vitarum apud Athenaeum L. XII. cap. XI. p. 541. Justinus L. XXI. cap. 5. & Plutarchus in Timol. p. 242, 243. quibus adde Nepot. in Timol. cap. 2. ex his sua hauserunt docti. Unde Juvenes discant, opibus & potentia paterna saepius elati, e quanto regno ad quam humilem fortunam detrudant hominem, licet supra omnes vicissitudines constitui visum ignavia & voluptates, demergantque: & inspiciant una judicium cel. Perizonii de hoc nostro Dionysio ad Aelian. L. XII. V. H. cap. 60. Ad cap. 3. docui miserandum Philisti exitum, sed videant etiam Plut. T. II. de Curios. p. 522, 523. qua poena Syracusani delatores, quibus uterque Dionysius primus Syracusis usus est, adfecerint.

ſatiorum ratus neminem ſine magnis copiis ad ſe venturum. 1 quae res eum fefellit. Nam Dion iis ipſis, qui ſub adverſarii fuerant poteſtate, regios ſpiritus repreſſit, totiusque ejus partis Siciliae potitus eſt, quae ſub poteſtate Dionyſii fuerat: parique modo urbis Syracuſarum, praeter arcem, & inſulam adjunctam oppido; eoque rem perduxit, ut 2 talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: Sici-

1 *Quae res eum feſellit.*] De adventu Dionis ſcripſerat literas ad Dionyſium Timocrates. ſed tabellarius eas caſu a Plutarcho in Dione p. 969. memorato amiſerat.

2 *Talibus pactionibus.*] Dionyſius poſt Philiſti interitum conſilii inops primum dimidium, deinde totum imperium Dioni obtulit, & Dioni reſpondenti, aequum eſſe, ut arce Syracuſanis dedita, ſub conditione ſelectarum quarumdam opum honorumque excederet, ſtatim conceſſit, ſed his conditionibus Dioni quidem ſed populo non placentibus, arce aere conductorum fortiſſimis tradita in Italiam trajecit. V. Diodor. Sicul. L. XVI. c. 16, 17. Plutarchus Dion. p. 974. dicit Dione conditiones non accipiente, & a populo legatis repulſam ferentibus Dionyſium Syracuſis egreſſum cum iis, quae haberet ſibi pretioſiſſima diſceſſiſſe, arce Apollocrati filio majori commiſſa, qui eam diu retentam fame & vi coactus Dioni dedidit. V. Periz. ad Aelian. II. V. H. 41. qui ſecutus eſt Plutarchum in Dione p. 480. quam arcem Dion ſtulte demoliri noluit. V. Plut. in Ti-

 mol.

Siciliam Dion obtineret, *Italiam Dionysius*, *Syracusas Apollocrates* cui maximam fidem uni habebat (Dion).

CAPUT VI.

1 Has tam prosperas, tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quod fortuna sua mobilitate, quem paullo ante extulerat, demergere est adorsa.
4 Primum 1 in filio, de quo commemoravi supra, saevitiam suam exercuit. Nam, quum uxorem reduxisset, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, adcepit gra-
3 vissimum parens vulnus morte filii: 2 deinde orta dissensio est inter eum & Heraclidem: qui quidem principatum non concedens, factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates; quorum consensu praeerat classi, quum
4 Dion exercitum pedestrem teneret. Non tu-

mol. p. 246. & in Dione p. 981. Cum uno navigio & parva pecuniae summa Corinthum venit Dionysius. V. Plut. Tim. p. 242. Caeterum vocem *Dion* mihi suspectam uncis inclusi.

1 *In filium*] Lege *in filio* V. cl. Oud. ad J. Caesar. L. 11. de B. G. cap. 32.

2 *Deinde orta dissensio est*] Nihil muta contra Codices.

tulit hoc animo aequo Dion, & verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia, in quo haec ſententia eſt: 1 *Non poſſe bene geri rempubl. multorum imperiis.* Quod dictum magna invidia conſecuta eſt. Namque aperuiſſe videbatur, 2 omnia in ſua poteſtate eſſe velle. Hanc ille non lenire obſequio, ſed acerbitate obprimere ſtuduit, Heraclidemque, quum Syracuſas veniſſet, interficiendum curavit.

1 *Non bene poſſe geri Remp. multorum imperiis*] Si Dion Platonis & Speuſippi monita, quae refert Plut. T. II. de Adulat. p. 69, 70. animadvertiſſet, dictum hoc ex ore emiſiſſet numquam. Verum nonnulli ſuſpicati ſunt, Dionem Syracuſas inducere voluiſſe regnum quoddam Laconicum. vide Plut. in Aemylio p. 276. & in Dione p. 981. Cicero L. I. de N. D. c. 4. De Roma olim dixit, *is eſſet Reip. ſtatus, ut eam unius conſilio, atque cura gubernari neceſſe eſſet.* Sed hoc Cicero dixit ad blandiendum Julio Caeſari, devicti Pompeji partes antea ſecutus. Adulationis crimine Cicero abſolvi nequit. Confer modo, quae ad Caeſarem dixit orat. pro Marcello cap. 8, 9. cum iis, quae dixit Philippica II. cap. 11, 12, 13. Caeſare jam interfecto. Cicero in aliis quoque rebus ſibi non conſtat, nec ab ullo poteſt, quam a ſe ipſo vehementius refutari, ut obſervat Lactantius Firmianus Lib. II. Inſtit. cap. 8. p. 221. de Orig. Erroris.

2 *Se Omnia.*] Dele τὶ *ſe.* V. cl. Oud. ad Caeſar II. B. G. c. 31.

CAPUT VII.

1 Quod factum omnibus maximum timorem injecit. nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sen-
2 sisse, militibus dispertivit. Quibus divisis, quum 1 quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse coepit: neque quo manus porrigeret, subpetebat, nisi in 2 amicorum possessiones. Id hujusmodi erat, ut, quum milites recon-
3 ciliasset, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur, & insuetus male audiendi non aequo animo ferebat, de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in coelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, obfensa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, & *tyrannum non ferendum* dictitabat.

1 *Quotidiani maximi sumptus.*] Hunc locum ollicitavit Bentlejus ad Terentium, sed receptam lectionem defendit Arntzenius ad C. Plinii Secundi Panegyric. cap. 49. p. 227.

2 *Amicorum possessiones.*] Codicum auctoritate edidi *in amicorum possessiones.* Vide Heusingerum ad h. l.

CAPUT VIII.

Haec ille intuens, quum, quemadmodum sedaret, nesciret, & quorsum evaderent, timeret; 1 Callicrates quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo & callidus, & ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide; adit ad Dionem, & ait: eum [in] magno periculo esse propter offensionem populi, & odium militum: quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum: quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogni-

(Right margin: 1 beside "quemadmo-"; 2 beside "ulla religione ac fide; adit ad Dionem,")

1. *Callicrates.*] Pro *Callicrate*, si addicerent Codices, scriberem *Callippus.* Hic Dioni interfecto ad breve tempus successit, id est ad menses tredecim, deinde eodem gladio, quo Dionem interfecit, jugulatus est. Tam certus Dioni amicus videbatur esse Callippus, ut pudori duceret sibi ab eo, quippe & hospite suo, cavere. (V. Plut. de vitioso Pud. T. II. p. 530.) licet sciret, sibi ab eodem insidias strui. Latius hanc rem persequitur in Apopht. p. 177, 178. Idem in Aemilio p. 277. vocat Callippum ἕνα τῶν περὶ Δίωνα ξεναγῶν. Apud hunc Callippum Dion Athenis Platoni operam dans habitaverat. V. Plut. in Dione p. 964. De Callippo Dionis interfectore & successore idem in Niceia p. 533. Plura dabit Celeb. Wesseling ad Diodori Siculi Lib. XVI. cap. 31.

cogniturum, adversariosque sublaturum, quod inimici ejus diffidenti suos sensus
3 aperturi forent. Tali consilio probato, excepit has partes ipse Callicrates, & se armat inprudentia Dionis: ad eum interficiendum socios conquirit. adversarios ejus convenit, conjurationem confirmat.
4 Res, multis consciis, quae gereretur, elata refertur ad Aristomachen sororem Dionis, uxoremque Areten. Illae timore perterritae conveniunt, cujus de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae agerentur,
5 fieri praecepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in aedem Proserpinae deducunt, ac jurare cogunt, *nihil ab illo periculi fore Dioni.* Ille hac religione non modo [ab incepto] non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium suum aperiretur, quam conata perfecisset.

CAPUT IX.

1 Hac mente proximo die festo, quum a conventu remotum se Dion domi teneret, atque in conclavi edito recubuisset; consciis loca munitiora oppidi tradit, domum custodibus sepit, a foribus qui non discedant, certos praeficit: navem

vem triremem 1 armatis ornat, Philo- 2
stratoque fratri suo tradit: eamque in
portu agitari jubet, ut si exercere remi-
ges vellet: cogitans, si forte consiliis
obstitisset fortuna, ut haberet, quo fu-
geret ad salutem. Suorum autem e nume- 3
ro Zacynthios adolescentes quosdam eli-
git, cum audacissimos, tum viribus maxi-
mis: hisque dat negotium, ad Dionem
eant inermes, sic uti, conveniendi ejus
gratia viderentur venire: hi propter noti-
tiam sunt intromissi. At illi, ut limen 4
ejus intrarunt, foribus obseratis in lecto
cubantem invadunt: conligant: fit strе-
pitus, adeo ut 2 exaudiri posset foris.
Hic, sicut ante dictum est, quam invisa 5
sit singularis potentia, & miseranda vita,
qui se metui, quam amari malunt, cui-
vis facile intellectu fuit. Namque illi ipsi 6
custodes, si propitia fuissent voluntate,
foribus effractis servare eum potuissent,
quod illi inermes telum foris flagitantes
vivum tenebant. cui quum subcurreret
nemo, 3 Lyco quidam Syracusanus per
se-

1 *Armatis ornat,*] *Armati* pro militibus. Virgilius, quem, ut alii, noster sequitur II. Aen. 485. *Armatosque vident stantes in limine primo.* V. cl. Oud. ad J. Caesar. V. B. G. 49.

2 *Exaudiri.*] Proprie. Curtius nostrum imitatus L. VII. cap. 7. §. 20. *Vix proximis exaudientibus dixerat.*

3 *Lyco.*] Nihil muta. *Lyco* pro *Lycon* satis usi-

fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

CAPUT X.

1 Confecta caede quum multitudo visendi gratia introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. nam celeri rumore dilato, Dioni vim adlatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspicione ducti,
2 1 inmerentes ut sceleratos occidunt. Hujus de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Nam, qui vivum eum *tyrannum* vocitarant, eumdem *liberatorem patriae tyrannique expulsorem* praedicabant. Sic subito misericordia odio subcesserat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte cuperent
3 redimere. Itaque 2 in urbe celeberrimo loco, elatus publice, sepulchri monumento donatus est. Diem obiit, circiter annos quin-

usitatum. V. Perizon. differt. 1. p. 22. De Lycone vide Plut. in Dione p. 983. Dionis amici postea a Dionysio torti & necati sunt. V. Plut. de Amic. Mult. p. 96.

1 *Immerentes.*] Addunt quidam *inermes* sed ejiciendum puto.

2 *In urbe celeberrimo loco delatus publice, sepulchri monumento donatus est.*] Parum doctam Bosii, & meam distinctionem vocat Heusingerus.

quinquaginta quinque natus; quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

rus. sed an doctus habendus is sit, qui puerilia docet, & ab ipso jam indicata Bosio, secure meas & aliorum notas describens, aliorum judicium esto. Distinguendus locus hoc modo est *in urbe celeberrimo loco, elatus publice, sepulcri monumento donatus est.* De hoc monumento altum est apud Plutarchum silentium.

XI. IPHICRATES.

CAPUT I.

1 IPHICRATES ATHENIENSIS non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari 1 nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum aetatis suae cum primis

1 *Iphicrates.*] Vocatur Timothei filius. V. Pausan. Lib. IX. cap. 14. p. 789. sed iste locus Bosio suspectus est. Sane si Timotheus fuisset pater Iphicratis, Nepos cap. 3. in Timotheo non potuisset Menestheum Iphicratis filium vocare generum Timothei. De genere ejus multa Ulpian. ad Demosthenem citatus a cl. Wess. L. XV. Diodori cap. 44. Sutoris creditur fuisse filius. vide Suidam. ideoque a suis despectus. Ipse fassus est, suum genus a se incipere, id est, sese primum genus suum inlustrasse vid. Plut. in Apopth p. 186, 187. ut jam recte observat Bosius. Quidquid sit, Justinus Lib. VI. cap. 5. dicit, Iphicratis adolescentis supra aetatem fuisse admirabilem virtutem, nec umquam ante eum Athenienses, inter tot, tantosque duces, aut spei majoris, aut indolis maturioris imperatorem habuisse, inque eo non tantum imperatorias, verum & oratorias fuisse artes. De arte ejus oratoria Dionysius Halicarn. in judicio de Lysia XII. p. 136. *Τὰ πολέμια δεινὸς ἀνὴρ, καὶ ἐν λό-*

mis compararetur, sed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multum vero in bello versatus, saepe exercitibus praefuit; nusquam culpa [sua] male

λέγοις οὐκ εὐκαταφρόνητος. ὅτι λέξις ἐν ἀμφοῖν πολὺ τὸ φορτικὸν, καὶ στρατιωτικὸν ἔχει, καὶ οὐχ οὕτως ἐμφαίνει ῥητορικὴν ἀγχίνοιαν, ὡς στρατιωτικὴν αὐθάδειαν, καὶ ἀλαζονείαν. & ideo declamans domi multis praesentibus, derisus est; praeterquam quod exercitus ducem Eloquentia quidem ornat, non vero Sophistarum more declamandi peritia. V. Plut. T. II. de polit. praec. p. 812, 813. Adde de eo & Aristophonte in x. orat. p. 801. Ad haec cum hominibus novis hoc commune habuit, quod rebus praeclare gestis sese efferret. Primus enim fuit, qui spoliis imperatoris nomen inscripsit, cum antea solius urbis nomen adponeretur. Vide Suidam. Hic a Diodoro Siculo L. XVI. cap. 21. vocatur una cum Timotheo ὁ τῶν πολιτῶν ἐμφανέστατος id est, rerum gestarum gloria inlustrissimus. Sed cur hic silet Heusingerus? quia Graecis in Historiis plane rudis est. Nam sane hic Bosio & mihi aqua haeret. sed de parenthesi commate substituto, aliisque quisquiliis nullo hiatu dignis chartam commaculare non est tantae molis. Ego quoque τὸ *genere* non rejicio. neque absurdum mihi videtur legere, *non tam genere, quam magnitudine rerum gestarum & disciplina milit. nob.* In Pausania pro ὁ Τιμοθέου legi posset ὁ σκυτοτόμου. i. e. Sutoris. quae conjectura tamen fortasse videbitur audacior.

2 *Nobilitatus.*] Livius XXXI, 7. *Argosque ipsos non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos.*

le rem gessit, semper consilio vicit; tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim nova adtulerit, partim meliora
3 fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur. Ille e contrario 1 peltam pro parma fecit, (a quo postea *peltastae* pedites appellantur) ut ad motus concursusque essent leviores. Hastae modum duplicavit: gladios longiores fecit. idem genus loricarum mutavit, & pro
4 sertis atque aeneis 2 linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. nam, pondere detracto, quod aeque corpus tegeret, & leve esset, curavit.

CAPUT II.

1 Bellum cum Thracibus gessit, 3 Seuthen, socium Atheniensium, in regnum re-

1 *Peltam*] De hoc loco etiam J. N. Loensis VII. Epiphyll. 12. Petitus de Amazon. c. 25, 26. dicit, inter antiquos non convenisse de Amazonum peltarum formis.

2 *Linteas*] Totam hanc armorum mutationem ab Iphicrate factam respicit Plut. in Pelopida 278.

3 *Seuthen socium Atheniensium*] Hic Seuthes patrem habuit Maesadem, & inter proavos Teren, vel Tereum. V. Xenophont. Lib. VII.

restituit. 1 Apud Corinthum tanta severitate exercitui praefuit, ut nullae umquam in

vii. Exp. Cyri p. 312, 313, 320. Hic Seuthes patre Maesade e regno pulso & mortuo habitavit apud Medocum, regnum ejus paternum possidentem, de quo Medoco p. 315. Hic Seuthes postea ita Thraciae imperavit, ut Medocus Odrysarum Rex esset, Seuthes oram Thraciae maritimam Xenophontis auxilio imperio teneret. confer p. 321. ad p. 331. & cl. Wesseling. ad Diodor. Sicul. L. xiii. cap. 105. e saltatione, quam Xenophon saltavit apud hunc Seuthen, vide Athenaeum Lib. 1. cap. 13. p. 15. Seuthen vero & Medocum inter sese bellum gerentes reconciliavit Thrasybulus, & utrumque Atheniensibus socios & amicos reddidit. V. Xenophont L. iv. H. G. p. 422., 423. quod ultimum quoque confirmat Diod. Siculus L. xiv. cap. 94. Unde *Seuthes* a Nostro vocatur Atheniensium socius. De Seuthe Thracum Rege cum Lysimacho dimicante Lib. xviii. cap. 14. Lib. xix. cap. 73. Et ita hic legendum *Seuthen*, non *Scotin*. praeterea de Iphicratis hac historia consulendus est Lambinus.

1 *Apud Corinthum.*] Hanc urbem voluerat Iphicrates Athenis suis adserere, opportunam ad Graeciae occupandum imperium. Sed obstitit ejus consilio populus, ideoque sese imperio abdicavit, eique ab Atheniensibus subfectus Chabrias Corinthum missus est. V. Diod. Sicul. xiv, 92. & ibi cl. Wess. In Laconicam expeditionem facturus socios sibi popofcerat ipse Chabriam & Callistratum, licet sibi adversarios, ut idem suspicabatur, sola ex prudentia. vide Xenophont. L. vi. H. Gr. p. 460, 461. ubi plura.

in Graecia neque exercitatiores copiae;
neque magis dicto audientes fuerint duci:
2 in eamque consuetudinem adduxit, ut,
quum proelii signum ab imperatore esset
datum, sine ducis opera sic ordinatae
consisterent, ut singuli ab peritissimo im-
3 peratore dispositi viderentur. Hoc exer-
citu moram Lacedaemoniorum [1] intercepit:
quod maxime [2] tota celebratum est
Graecia. Iterum eodem bello omnes co-
pias eorum fugavit. quo facto magnam
4 adeptus est gloriam. Quum Artaxerxes
[3] Aegyptio regi bellum inferre voluit,
Iphi-

1 *Intercepit*] Heusingerus h. l. dicit, *non ut quidam recentiores, interfecit.* Quis jam haec legens non credat, me nullam de hac voce mentionem fecisse. atqui *intercepit* edidi, & non aliter posse legi ostendi. Attamen haec fulgent inter plura menda v. Cl. Augustini a Stavern nova opera nondum sublata, sed hominem jam, ut spero, in beatorum numerum transscriptum verbis non laedam.

2 *Tota celebratum est Graecia.*] Plut. Agesilao p. 607. dicit, Lacedaemonios tanta clade longo intervallo non fuisse adfectos *καὶ πάθος τοῦτο μέγα διὰ πολλοῦ χρόνου οὐ συνέπεσεν αὐτοῖς.* ita ibi legendum.

3 *Aegyptio Regi.*] Pro Regi Aegypti usitatissimum Graecis ac Latinis. sic Ἀγαμεμνόνειος στόλος pro Agamemnonis classe. Straboni L. I. p. 191. & Δῶρα Διονύσια pro donis Bacchi. Vide, quae a Munckero & me notata sunt ad Hygini fab. 191. Caeterum Iphicrates hic ta-

Iphicratem ab Atheniensibus petivit ducem, quem praeficeret exercitui conductitio, cujus numerus duodecim millium fuit. quem quidem sic omni disciplina militari erudivit, ut quemadmodum quondam *Fabiani* milites Romani appellati sunt, sic 1 *Iphicratenses* apud Graecos in summa laude fuerint. Idem subsidio Lacedaemoniis profectus, Epaminondae retardavit 2 inceptus: nam nisi ejus adventus

tamen male rem gessit, quia inter eum & Pharnabazum magna erat contentio. Plut. Artax. p. 1023. πόλεμον δὲ πρὸς μὲν Αἰγυπτίους διὰ Φαρναβάζου καὶ Ἰφικράτους ἐξενεγκὼν ἀπέτυχε στασιασάντων ἐκείνων. Rem latius narrat Diodorus Siculus L. xv. cap. 43. Aegyptius ille Rex erat Nectanebis v. cap 42.

1 *Iphicratenses.*] Sic Colophonii Equites summa olim laude ferebantur; quibus supervenientibus semper ancipitia praelia dirimi dicebantur; unde proverbium natum *Colophonem imponere* pro rem ad optatum finem perducere v. Strabon. L. xiv. p. 952. Macedonum milites quoque propter Alexandri gloriam habebantur invicti. Vide Arrianum L. ii. Exp. A. M. cap. 10. p. 77. & Nepot. Eum. cap. 3.

2 *Inceptus.*] Ita Codices manu-exarati, ita Savaro, Gifanius, Bosius & alii. Sed ideo Heusingerus dissentit, praesertim quum ego hos viros sequor, cujus latus utrumque, & pectus assidue petit, a quo nescio subornatus. Sed ecce Viri Graecarum aliarumque rerum peritiam: En ejus verba *inceptus retardare parum commode dici existimo, qui potius im-*

tus adpropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.

CAPUT III.

1 Fuit autem & animo magno, & corpore, 1 imperatoriaque forma, ut ipse adspectu cuivis injiceret admirationem sui.

impediuntur, vel irriti redduntur. Consilium erat Epaminondae expugnare & delere Spartam. Id ab Iphicrate non retardatum, sed ut plane ad irritum caderet effectum. Haec non cohaerent. Adhaec nusquam, quam hic, Iphicrates pejus & inprudentius rem gessit. Vide Xenophontem L. VI. H. Gr. p. 479. qui locus non fugit Bosium ad ea verba capitis primi *nusquam culpa sua male rem gessit*; quem & Bosius more suo doctissimo Lambino jam sublegit. Adhaec Heusingerus τὸ *inceptus* ejicit e civitate Latina. Sed nugacium Grammaticorum est rarioribus ejectis vulgaria substituere: eodem autem modo *ex rapto* & *raptu vivere*, *actus* & *acta* dicitur. V. Burm. ad Ovid. I. M. 144. IV, 566. VII, 58. & ne in posterum hujusmodi circumspectos talia crucient, consulant Obs. Misc. M. Nov. A. 1744. T. VI. p. 511. Serv. ad Virg. III. Aen. 36. IV. Aen. 331. Manut. ad Ciceron. L. V. in Verr. c. 66. Burm. ad Sueton. in Caes. c. 7, 30. & Drak. ad Livium I, 15, 7. & 30, 5.

1 *Imperatoria forma*] Xenophon Conviv. p. 697. dicit μαίνονται δὲ καὶ οἱ μὴ τοὺς καλοὺς στρατηγοὺς αἱρούμενοι. Agamemnon jam magno corpore

fui. Sed in labore remissus nimis, pa- 2
rumque patiens, ut *Theopompus* memo-
riae prodidit: bonus vero civis, fideque
magna. quod cum in aliis rebus declara-
vit, tum maxime in Amyntae Macedo-
nis liberis tuendis. Namque Eurydice
mater Perdiccae & Philippi, cum his
duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphi-
cratem confugit, ejusque opibus defen-
sa est. Vixit ad senectutem, placatis in 4
se suorum civium animis. Caussam capitis
semel dixit, bello sociali, simul cum Ti-
motheo, eoque judicio est absolutus.
Menesthea filium reliquit, 1 ex Thressa
na-

pore fuisse dicitur, unde *Agamemnonius* pro magno. V. Menag. ad Diogen. Laërt. II, 131. Demetrius esse dicitur τῷ κάλλει, καὶ τῷ μεγέθει διάφορος a Diod. Siculo XIX, 81. Licet non omnes Laconum Reges magno corpore fuerint, Spartani tamen a magnis, quam parvis regi malebant. Hinc Ephori Archidamum mulctarunt, quod parvam uxorem duxisset, dicentes. *Non, reges sed regulos nobis gignet.* V. Plut. in Agesil. p. 596, 597. Sed Archidamus bene dotatam, uti hodie multorum mos est, formosae praeferebat. Adde Athenaeum Lib. XIII. cap. 2. p. 566. Persae non creabant Regem luscum, aut naso, auribus, aliave membrorum parte mutilatum, aut deformem. v. Brisson. L. I. de R. P. 6. p. 10. De Catheorum Regibus v. Strabon. L. XV. p. 1024. Consule omnino J. L. Cerdam ad Virg. VII. Aen. 761.

1 *Ex Thressa.*] Athenienses saepius duxe-
runt

natum, 1 Coti regis filia. Is quum interrogaretur, utrum pluris patrem matremne faceret; matrem, inquit. Id quum omnibus mirum videretur: at ille, merito, inquit, facio. Nam pater, quantum in se fuit, Thracem me genuit: contra ea mater Atheniensem.

runt Thressas uxores, uti Conon. vide Athenaeum L. XIII. c. 5. p. 577. nec non, ut Plut. in Cim. p. 480. scribit, Miltiades Cimonis pater. Cimon Arcadicam. V. Plut. in Pericle p. 168. licet essent contempti Athenis, qui ex matre vel etiam avia peregrina genus ducerent, inprimis Thressa. V. Plut. T. II. de Curios. p. 516. imo e peregrina nati haberentur *nothi* juxta Legem a Solone latam, & a Pericle renovatam. V. Cuper. L. I. Obs. c. 16. p. 118. & Periz. ad Aelian. L. VI. V. H. c. 10. Agamemnoni Lacedaemonio etiam exprobratum fuit, quod matre Cressa natus esset. V. Schol. Sophoclis in Ajace vs. 1312. Iphicrates noster habuit quoque filium Iphicratem, qui propter gloriam paternam apud Alexandrum in summo honore fuit. vide Arrianum Lib. II. cap. 15. de Exp. Al. p. 86, 87.

1 *Coti.*] Ita praeferre videtur Munckerus ad Hygini fab. 202. sed consule tu Lector, celeb. Oudendorp. ad J. Caesarem L. III. B. Civ. cap. 4. p. 664. & ad cap. 36. p. 704.

CA-

XII. CHABRIAS.

Caput I.

Chabrias Atheniensis. 1
Hic quoque in summis habitus est ducibus: resque multas 1 memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maxime inventum ejus in proelio, quod apud Thebas

1 *Memoria dignas*] Elegans locutio, illustrata in Obs. Misc. Maji & Junii 1734. p. 438, 439. Nepos noster brevitati studens omisit memorare victoriam illam navalem apud Naxum, quam primam post bellum Peloponnesiacum a Lacedaemoniis reportarunt duce nostro Chabria. vide Diodorum Sicul. L. xv. cap. 34. & 35. de qua pugna egit etiam ad h. l. Lambinus vir vere doctissimus. Unde Athenienses diem, quo haec victoria a Chabria relata fuit, festum celebrare fuerunt soliti. Plut. T. II. de Gloria Atheniens. p. 349. ἕκτῃ δὲ μηνὸς (Boedromionis) οἰνοχοεῖται τὰ χαβρίου περὶ Νάξον ἐπινίκια ναυμαχίας. ubi interpres ἕκτῃ vertit bene, sexta ultra decimam, omissa enim in textu sunt τὰ ἐπὶ δέκα, addita a Plut. in Phocione p. 744. καὶ παρεῖχεν οἰνοχόημα χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ βοηδρομιῶνος. ubi & de Chabriae filio Ctesippo, patre suo segniori. de quo & mentionem facit in Demosthene p. 853.

bas fecit, quum Boeotiis subsidio venis-
2 set. Namque in eo victoria fidente summo duce Agesilao, fugatis jam ab eo conductitiis catervis, reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixoque genu scuto, 1 projecta [que] hasta inpetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens, progredi non est ausus, suosque jam incurrentes 2 tuba revocavit.
3 Hoc usque eo tota Graecia fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi 3 statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Athe-

1 *Projectaque hasta*] Chabriae & Gorgiae Thebano id tribuit Polyaenus. V. cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. xv. c. 32. Tunc milites stare dicebantur ἐν προβολῇ v. Cuper. 1. Obs. 12. *projicere* hac significatione pro porrigere poni praeter Lambinum ad h. l. dicit Munckerus ad Hyginum Lib. III. Astron. Poët. cap. 5. Postea idem Chabrias adversus Boeotios pro Corinthiis stetit, eosque maxima clade adfecit. V. Diod. Sic. l. l. cap. 69. De hac Chabriae victoria Plut. T. II. Apophth. p. 193. Τοῦ δὲ χαβρίου περὶ Κόρινθον ὀλίγους τινὰς τῶν Θηβαίων ὑπὸ τὰ τείχη φιλομαχοῦντας καταβαλόντος, καὶ στήσαντος, τρόπαιον, ὁ Ἐπαμινώνδας καταγελῶν ἔφη, ἐνταῦθα δὴ οὐ τρόπαιον, ἀλλὰ Ἑκατήσιον ἱστάναι.

2 *Tuba revocavit.*] Tubis varia dabant signa, etiam silentii, ut Plut. in Dione p. 970. τῇ Σάλπιγγι καταπαύσας τὸν θόρυβον.

3 *Statuam*] Plures statuas a populo Chabriae datas dicit Diodorus Siculus xv, 33. ubi cl. Wess. Demosthenem de honoribus Chabriae a populo decretis scribentem laudat.

Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletae, ceterique artifices his statibus in statuis ponendis uterentur, in quibus victoriam essent adepti.

CAPUT II.

Chabrias autem multa in Europa bel- 1
la administravit, quum dux Atheniensium esset: in Aegypto sua sponte gessit. nam 1 Nectanebum adjutum profectus, regnum ei constituit. Fecit idem 2
Cypri, sed publice ab Atheniensibus 2 Euagorae adjutor datus: neque prius inde

1 *Nectanebum*] Ita scribe. V cl. Wess. ad Diod. Sicul. xv, 42, 92. Verum Chabrias in partibus Tachus fuit; non Nectanebi. ut jam olim a me citatus Perizonius docuit. Diodorus Siculus Lib. xv. cap. 29. mentionem facit de alia Chabriae in Aegypto praefectura, qua Regem Acorin adjuvit, a populo Atheniensi, sine cujus consensu hoc imperatoris munus susceperat, ex Aegypto revocatus Pharnabazi rogatu.

2 *Euagorae adjutor.*] Hic est ille Euagoras, de quo haec adnotat Pausanias Lib. 1. cap. 3. agens de statua ei Athenis in Ceramico posita. Βασιλεὺς Κυπρίων Εὐαγόρας, ὃς καὶ τὰς τριήρεις τὰς φοινίσσας ἔπραξε, παρὰ βασιλέως Ἀρταξέρξου δοθῆναι Κόνωνι. ἔπραξε δὲ ὡς Ἀθηναῖος, καὶ τὸ ἀνέκαθεν ἐκ Σαλαμῖνος; ἐπεὶ καὶ γενεαλογῶν ἐς προγόνους ἀνίβαινε Τεῦκρον

καὶ

inde discessit, quam totam insulam bello devinceret. qua ex re Athenienses ma-
3 gnam gloriam sunt adepti. Interim bellum inter Aegyptios & Persas conflatum est, (Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant; Lacedaemonii cum Aegyptiis) a quibus magnas praedas Agesilaus rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias, quum in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos adjutum profectus Aegyptiae classi praefuit: pedestribus copiis Agesilaus.

CAPUT III.

1 Tum praefecti regis Persiae legatos miserunt Athenas questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienses diem certam Chabriae praestituerunt, quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius est
2 moratus, quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos civium suorum: quod & vivebat laute, & indulgebat sibi libe-

καὶ Κινύρου θυγατέρα. Consule Meursium Lib. II. De Cypro cap. 12. Lambinum recte a Bosio refutatum esse, docet cl. Wesseling. ad Diodor. Sicul. L. XVI. cap. 42.

liberalius, quam ut 1 invidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune 3
vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriae comes sit, & libenter de his detrahant, quos 2 eminere videant altius: neque animo aequo pauperes alienam opulentium 3 intuuntur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque vero so- 4
lus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem: quod tantum se ab invidia putabant futuros, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum 4 Cypri

1 *Invidiam posset effugere.*] Quam non magnopere metuisse tamen videtur e Plut. T. II. Apophth. p. 187. Attamen Theopompus quoque dicit, ob eam invidiam in Aegyptum fuisse profectum, quem noster sequitur, ut post alios quoque observat Wesseling ad Diod. Sicul. L. XV. c. 92. Hunc Plato dicitur esse secutus. V. Diogen. Laërt. III, 23, 24.

2 *Eminere*] Tò *emergere* non admittendum. Locutio desumta videtur ab antiquo more, quo creati Reges & Duces in altum tollebantur. de quo P. Pithoeus L. II. Adverss. c. 6. in Face Critica T. II. p. 783, 784. Praeterea praepositio *de* non ejicienda. Cicero L. I. de Offic. cap. 37. *De absentibus detrahendi causa.*

3 *Intuuntur*] Codicum Auctoritatem secutus, nihil muto.

4 *Cypri*] Pro *inCypro* ne damnes. V. Interpr. ad J. Caesarem L. VIII. B. G. Prol. pag. 446.

pri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigaeo. Dissimilis quidem Chares eorum factis & moribus, sed tamen Athenis & honoratus & potens.

CAPUT IV.

1 Chabrias autem periit bello sociali ta-
li modo. Obpugnabant Athenien-
ses Chium. erat in classe Chabrias priva-
tus, sed omnes, qui in magistratu erant,
auctoritate anteibat; eumque magis mili-
tes, quam qui praeerant, adspiciebant.
2 Quae res ei maturavit mortem. Nam
dum primus studet portum intrare, &
gubernatorem jubet eo dirigere navem,
ipse sibi perniciei fuit. Quum enim eo
penetrasset, ceterae non sunt secutae. Quo
facto 1 circumfusus hostium concursu,
quum fortissime pugnaret, navis rostro
3 percussa, coepit sidere. Hinc refugere
quum posset, si se in mare dejecisset,
quod suberat classis Atheniensium, quae
2 exciperet natantis: perire maluit, quam,
armis abjectis, navem relinquere, in qua
fue-

1 *Circumfusus*] V. Burm. ad Virg. II. Aen. 583.

2 *Exciperet natantes.*] Curtius Nepotem imitatus L. IX. c. 4. §. 12. *projecturus semet in flumen, amicique, ut exciperent eum, haud procul natant.*

fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At ille 1 praestare honestam mortem existimans turpi vitae, comminus pugnans telis hostium interfectus est.

3 *Praestare honestam mortem turpi vitae.*] Diodorus Siculus Lib. XVI. cap. 7. dicit. ὁ δ' ἀντὶ τῆς ἥττης ἀλλαξάμενος τὸν εὐκλέα θάνατον ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς νεὼς καὶ τρωθεὶς ἐτελεύτησε. Phocion Chabriam ab hoc consilio frustra deterrere conatus erat. V. Plut. in Phocione p. 744. Alia de morte Chabriae narrat Diodorus Lib. XV. cap. 36. sed vide ibi cl. Wesseling.

XIII. TIMOTHEUS.

CAPUT I.

1 TIMOTHEUS, CONONIS F. ATHENIENSIS. Hic 1 a patre adceptam gloriam multis auxit virtutibus. fuit enim 2 disertus, inpiger, laboriosus, rei militaris peritus, ne-

1 *A patre acceptam gloriam.*] Cicero Lib. I. de Offic. cap. 33. *Optima autem haereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio praestantior, gloria virtutis, rerumque gestarum.* Nepos vero videtur expressisse verba Ciceronis ex ejusdem libri capite 32. qui locus non fugit Lambinum, *Timotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem doctrinae & ingenii gloriam adjecit.* ubi Manutius haec adnotat *Timotheus Cononis filius, discipulus Isocratis, qui praeceptori aeream imaginem dicavit. Cic. de Orat.* III. *& Plut. in Ciceronis vita* (Plutarchum adde T. II. de x Orator. p. 837, 838.) *Tam in capiendis urbibus hic felix fuit, ut esset pictus dormiens, rete manu tenens, in quod ipsa fortuna urbes conjiciebat.* (sed hanc picturam aegre tulit Timotheus. V. Perizon. ad Aelian. XIII. V. H. 43.) *Rex Atheniensium. Plut. in Apophthegm. & Suidas.* Verum Plutarchus in Apophth. T. II. p. 187. neque Suidas Cha-

neque minus civitatis regendae. Multa 2
hujus sunt praeclare facta, sed haec maxime inlustria. Olynthios & Byzantios bello subegit. Samum cepit, in qua obpugnanda superiore bello Athenienses mille & ducenta talenta consumpserant. id ille 1 sine ulla publica inpensa populo restituit. Adversum Cotym bella gessit, ab eoque mille & ducenta talenta praedae in publicum detulit. Cyzicum ob 3
sidione liberavit, Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est: a quo quum Laco pecuniam numeratam adcepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus par-

Chabriam vocant *regem*, sed στρατηγὸν id est, *ducem*. Si pueros hic docerem, adjicerem, neminem Athenis post Codrum regnasse. sed nunc non necesse est, ut chartam nugis commaculem, neque haec Manutii esse credo.

2 *Disertus.*] Hinc Diod. Sicul. L. xv. cap. 36. Ταῦτα δὲ πάντα ταχέως, καὶ ῥᾳδίως ἐπετέλεσε πείθων μὲν διὰ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, νικῶν δὲ δι' ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν.

1 *Sine ulla publ. impensa.*] Ipse inde locupletatus revertit, & magistrum suum Isocratem ditavit. V. Plut. T. II. 837. Per superius bellum intelligit Nepos, quo Pericles Samum cepit. v. Diod. Sicul. L. XII. cap. 27, 28. & Strabon. Lib. XIV. p. 946. cum Casauboni nota. & Plut. T. II. de Gloria Atheniens. p. 350.

partem domum suam ferre posset. Itaque adcepit Crithoten & 1 Sestum.

CAPUT II.

1 Idem classi praefectus circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit. 2 Corcyram sub im-

1 *Sestum.*] Non audiendi sunt Codices, qui *Sextum* legunt. De Sesto praeter alios consulendus Xenophon Lib. IV. H. Gr. p. 418, 419.

2 *Corcyram.*] Quam captam non redegit in servitutem, neque quemquam civium exsilio mulctavit, neque leges mutavit. V. Xenophont. L. V. H. Gr. p. 452. sed postea Lacedaemonii pacem a Timotheo violatam querentes Atheniensium potestati Corcyram iterum eripuerunt, misere ab eorum praefecto Mnasippo vastatam. V. Xenoph. L. VI. p. 456. quam post Mnasippi interitum iterum relinquere fuerunt coacti. Interea Timotheus omnium suffragiis classi ad Corcyraeos liberandos mittendae praefectus, quod diutius morabatur, imperio privatus erat, eique substitutus Iphicrates v. p. 457, 458. adde Diod. Siculum Lib. XV. cap. 47. ubi de Timotheo ab Atheniensibus adempta Classis praefectura latissime cl. Wesselingius. Post haec omnia pax facta est inter Athenienses & Lacedaemonios, pacemque hanc secuta ista est fatalis Lacedaemoniorum clades apud Leuctra. V. Xenophont. l. l. a p. 458, ad p. 466. Longe aliter ergo haec sese habet historia, ac narratur a Nepote. Vide & Lambinum

ad

imperium Atheniensium redegit: sociosque idem adjunxit Epirotas, Athamanas, Chaonas, omnesque eas gentes, quae mare illud adjacent. Quo facto Lacedaemonii de diutina contentione destiterunt, & sua sponte Atheniensibus 1 imperii maritimi principatum concesserunt; pacemque his legibus constituerunt, ut Athenien-

ad h. l. qui recte observat, *Aram Pacis* jam in honorem Cimonis ab Atheniensibus esse erectam, postquam is reportavit victoriam ad fluvium Eurymedonta e Plut. in Cim. p. 487. de qua ara egit Pausanias L. I. c. 8. & L. IX. cap. 16. V. Spanh. ad Callim. H. Cerer vs. 138. quae Pacis imago a Cephisodoto facta erat *ferens Plutum*. sine dubio, quia Cimon hac victoria immensam pecuniae summam accepit, & ipsa Atheniensium civitas maxime locupletata fuit. V. Diod. Sicul. L. XI. cap. 62.

1 *Imperii maritimi principatum.*] In eo consistebat olim Graecorum summa potentia. De Chiis vide Strabon. L. XIV. p. 955. De Rhodiis. p. 964. nec non Meurs. de Rhodo L. I. cap. 17. & de Cretensibus L. III. c. 3. Ad Atheniensium potentiam extollendam a Cicerone pro Lege Manilia cap. 18. eorum civitas dicitur *satis late quondam mare tenuisse.* Et haec est illa potentia, quam Philippus Macedo Atheniensibus invidit, ut mox videbimus, quae invidia Athenienses caeterosque Graecos non laesisset, nisi antea de maris principatu Lacedaemonii & Athenienses inter sese contendissent. Verissime dixit Justinus, sive Trogus Lib. VIII. cap. 1. *Graeciae ci-*

nienses mari duces essent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae PACI publice sint factae, eique deae
3 pulvinar sit institutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publice statuam in foro posuerunt: qui honos huic uni ante hoc tempus contigit: ut, quum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic juxta posita recens filii, veterem patris renovavit memoriam.

CAPUT III.

1 Hic quum esset magno natu, & magistratus gerere desisset, bello Athenienses undique premi sunt coepti. Defecerat Samus: descierat Hellespontus:
2 Philippus jam tum valens [Macedo] multa moliebatur: cui oppositus Chares quum

civitates dum imperare singulae cupiunt, imperium omnes perdiderunt: quippe in mutuum exitium sine modo ruentes, omnibus perire, quod singulae amitterent, non nisi oppressae senserunt. Siquidem Philippus, rex Macedoniae velut e specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones civitatium alit, auxilium inferioribus ferendo, victos, pariter victoresque subire regiam servitutem coëgit. quam adcelerarunt Graeciae proditores, nummis Philippicis corrupti. V. Diod. Sicul. L. XVI. cap. 8, & 54, cum cl. Wesselingii notis.

1 *Philippus jam tum valens multa moliebatur.*] Haec

quum esset, non satis in eo praesidii pu-
tabatur. Fit Menestheus praetor, filius 2
Iphicratis, gener Timothei, & ut ad
bellum proficiscatur, decernitur. Huic
in consilium dantur duo usu sapientiaque
praestantes [quorum consilio uteretur]
pater & socer: quod in his tanta erat
auctoritas, ut magna spes esset, per eos
amissa posse recuperari. Hi quum Samum 3
profecti essent, & eodem Chares, ad-
ventu eorum cognito, cum suis copiis
proficisceretur, ne quid absente se gestum
videretur: accidit, quum ad insulam ad-
propinquarent, ut magna tempestas orire-
tur: quam evitare duo veteres imperato-
res utile arbitrati, suam classem 1 sub-
presserunt. At ille, temeraria usus ratio- 4
ne, non cessit majorum natu auctoritati:
&

Haec illustrat Strabo L. ix. p. 667. Ὕστερον δὲ Φίλιππος αὐξηθεὶς, ὁρῶν, Ἀθηναίους ἐπικρατοῦντας τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν νήσων ἄρχοντας καὶ τούτων τῶν ἄλλων ἐποίησε τὰς πλησίον ἑαυτῷ μάλιστα ἐνδόξους. &c. nec non Plutarchus in Phocione p. 747. juxta quem postquam Molossus vivus captus erat, μεγάλα ταῖς ἐλπίσι περινοῶν, ὁ Φίλιππος εἰς Ἑλλήσποντον ἦλθεν μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως &c. ubi & de Charete, ut & p. 744. & T. ii. Apopth. p. 187, 188. & T. i. in Pelopida p. 278. & cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. xvi, 85.

1 *Subpresserunt.*] Non legendum *represserunt.* V. Voss. & Oud. ad Hirtium Lib. viii. de B. G. cap. 42. p. 498.

& 1 ut si in sua navi esset fortuna, quo contenderat, pervenit: eodemque ut sequerentur, ad Timotheum & Iphicratem nuntium misit. Hinc male re gesta, com-

1 *Ut in sua navi esset.*] Jam legi cum Lambino pro *ut*, *ut si*. & ita rursus secure descripsit Heusingerus meam notam, tribus aliis Nepotis locis additis. Praeterea legit *in sua manu*, non aliam ob caussam, quam quod Bosius praeferat *in sua navi*, quem ego secutus sum, & adhuc sequor, quidquid obganniant Heusingerus, & alii. Sensus verborum est simplex. Menestheus iste temerarius cum sua navi iter suum promovens, quo contendit, pervenit incolumis, non aliter acsi in sua navi fortuna esset, id est, felicissime. Respicit sine dubio Nepos illud dictum Caesaris, ad Gubernatorem Καίσαρα φέρεις καὶ τὴν Καίσαρος τύχην. V. Plut. in Caesare p. 726. in Apophth. p. 206. & de Fort. P. R. p. 319. Praeterea Ethnici credebant, Deos nonnunquam cum Ducibus navigare, a sacerdotibus ad id credendum adducti. vide Plut. in Timol. p. 239. de Cerere & Proserpinâ, quae una cum Timoleonte videbantur esse navigaturae. vide & Diod. Sicul. L. XVI. cap. 66. unde Dii navium tutelares, de quibus multi multa. Adhaec *navis* & *manus* in MSS. saepe confunduntur ut in MSS. J. Caesaris L. IV. B. G. c. 24. & Plinii Sec. Panegyric. cap. 81. Denique Diodorus Siculus Lib. XVI. cap. 21. Chareti id tribuit, quod noster Menestheo: sed cum nostro facit Dionysius Halicarnass. in fine judicii de Dinarcho p. 190 ut emendatur a cl. Wesselingio.

compluribus amissis navibus, eodem, unde erat profectus, se recepit, literasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo & Iphicrate desertus esset. 1 Ob eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, subspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, domum revocat: adcusantur proditionis. Hoc judicio damnatur Timotheus, 2 lisque ejus aestimatur centum talentis. Ille odio ingratae civitatis coactus, Chalcidem se contulit.

CAPUT IV.

Hujus post mortem quum populum judicii sui poeniteret, mulctae novem partes detraxit, & decem talenta Cononem filium ejus ad muri quamdam partem reficiendam jussit dare. in quo fortunae varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium praeda patriae restituerat, eosdem nepos, cum summa ignominia familiae, ex sua re

1. *Ob eam rem in crimen vocabantur.*] Cave, ne ejicias cum Heusingero haec verba. v. Cl. Wess. ad Diod. l. l.

2 *Lisque ejus aestimatur centum talentis*] Vide cl. Wesseling. ad Diodori Siculi L. xvi. cap. 21. legi meretur de Timotheo Plutarchus in Sylla p. 454.

2 re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatae sapientisque vitae quum 1 pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti; quod ex eo facile conjici poterit, quam charus suis fuerit. Quum Athenis adolescentulus caussam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in eis 2 Jason tyrannus, qui illo tempore fuit omnium po-

1 *Pleraque.*] Non est, quod cum Heusingero mutes in *plura.* τὸ *pleraque* apud Nepotem notat *multa.* Vide ad praefation.

2 *Jason tyrannus.*] Cur Heusingerus hic filet, & litem inter Doctos ortam, legendum hic sit *Jason Thessaliae tyrannus*, nec ne, non dirimit? sed historica non tangit. Sine dubio addenda vox *Thessaliae* vel *Thessalorum.* Ita semper distinguitur ab aliis. sic Pausan. Lib. VI. cap. 17. in f. Ἰάσων ἐν Θεσσαλίᾳ τυραννήσας. & a Plut. in Polit. Praec. p. 317. & in Apophth. p. 193. ὁ Θεσσαλῶν μόναρχος. Hic enim Pheraeorum tyrannus, vir rei militaris peritissimus, hortatus est Thessalos, ut post Lacedaemoniorum cladem ad Leuctra Graecorum imperium sibi vindicarent, ideoque Thessali, προστησάμενοι τῶν ὅλων ἡγεμόνα Ἰάσονα, τούτῳ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐπέτρεψαν. Vide de eo Diod. Sicul. XV, 57, 60. ubi & de ejus nece, cum cl. Wesselingii nota. & Celeb. J. Perizon. ad Aelian. L. XI. V. H. cap. 9. & ad h. l. Lambinum, cui Bosius Auctores a se citatos debet. De hujus Jasonis prudentia vide Ciceron. L. I. de offic. c. 30. p. 119.

potentissimus. Hic quum in patria sine 3
satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo praesidio venit: tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit: patriaeque sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit. Haec extrema fuit 4
aetas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriae, Timothei: neque [1] post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

1 *Post illorum obitum.*] Imperatorum, qui de universa Graecia praeclare meriti sunt, primus fuit Miltiades, ultimus Philopaemen Megalopolitanus. Consule Pausaniam Lib. VIII. cap. 52. qui catalogum Imperatorum Graecorum vel suae tantum patriae, vel totius Graeciae conservatorum exhibet. Bosius hic iterum secure Diodori locum e Lib. XV. 88. a Lambino citatum adducit, sed prudentius Ernstius ad partes vocat Lib. XVI. cap. 85. Diodori in fine, cujus verba hic respicit Nepos. De Timotheo vide etiam Plut. Timol. p. 253.

XIV. DATAMES.

CAPUT I.

1 Venio nunc ad fortissimum virum, maximique consilii, omnium barbarorum: exce-
2 ptis duobus Karthaginiensibus, Hamilcare, & Hannibale, de
quo hoc plura referemus: quod & obscuriora sunt ejus gesta pleraque, & ea,
quae prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tantum non omnes superabat, adciderunt,
quorum nisi ratio explicata fuerit, res
3 adparere non poterunt. 1 DATAMES
patre Camissare, natione Care, matre Scythissa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam tuebantur. Pater ejus Camissares quod & manu fortis & bello strenuus, & regi multis locis fidelis erat repertus, habuit provinciam partem Ciliciae juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosy-

1 *Datames*] Hujus nominis quidam inter Persas quoque numeratur ab Arriano Lib. II. E. A. M. cap. 2.

cosyri. Datames militare munus fungens 4
primum, qualis esset, aperuit in bello, quod rex adversus Cadusios gessit. Namque hic multis millibus regiorum interfectis, magni fuit ejus opera. quo factum est, ut, quum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur provincia.

CAPUT II.

Pari se virtute postea praebuit, quum 1
Autophradates jussu Regis bello persequeretur eos, qui defecerant. Namque ejus opera hostes, quum castra jam intrassent, profligati sunt, exercitusque reliquus conservatus Regis est. qua ex re majoribus rebus praeesse coepit. Erat eo 2
tempore Thyus dynastes Paphlagoniae, antiquo genere 1 ortus a Pylaemene illo, quem Homerus Troico bello 2 a Patroclo

1 *Natus.*] Cum cl. Oudendorpio ad J. Caesar. L. VII. B. G. c. 77. lege *ortus.*

2 *A Patroclo interfectum.*] Peccat in historiam Nepos, ut jam ab aliis, & a me monstratum est. Sed hujusmodi errores commiserunt alii item boni. Cicero memoriae vitio Lib. v. Tusc. Disp. cap. 34. *Darium* vocat pro *Artaxerxe Mnemone* ut ante Davisium jam ostendit B. Brissonius Lib. I. de R. Persar. cap. 83. Idem Lib. II. de Gloria *Ajacem* pro *Hectore* ponit v. A. Gell. XV. N. A. 6. Diogenes Laërtius citat *Plutarchum in Lysandri vita* de re, de qua nulla ibi fit mentio. V. Me-

3 clo interfectum ait. Is 1 regi dicto audiens non erat. quam ob caussam bello eum persequi constituit, eique rei praefecit Datamem, propinquum Paphlagonis. namque ex fratre & sorore erant nati. quam ob caussam Datames omnia primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem quum venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur insidias, paene interiit. nam Thyus eum clam interficere voluit.
4 Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis. ea, quid ageretur, resciit, filium.

nag. ad Diogen. Laërt. IV, 4. Strabo refert, Caesarem primum Iliensibus agros & libertatem dedisse Lib. XIII. p. 889. sed Casaubonus docet, hos jamdiu ante Caesarem a Romanis ea fuisse consecutos. Plinius Niciam pictorem Attalo Regi aequalem facit, qui plus centum annis serius vixit. V. J. Perizon. ad Aelian. III. V. H. 31. Lege querelas Dionysii Halicarnassaei Lib. VII. A. R. cap. 1. de Licinii, Gellii, aliorumque Scriptorum Romanorum, nullam temporis habentium rationem, negligentia. Lactantii Firmiani errorem Chronicum ostendunt Interpretes ad Lib. I. de Fals. Rell. cap. 20. Ovidium pro Tibullo citat Seneca. V. Broekh. ad Tibull. I, VIII, 26. De Pylaemene mentionem quoque facit Livius Lib. I. cap. I. *Ex Paphlagonia pulsi, & sedes, & ducem, rege Pylaemene ad Trojam amisso, quaerebant.*

1. *Regi dicto.*] Male Codices *regis dicto.* vid. Drakenburg. ad Liv. Lib. XXIX. cap. 20.

liumque monuit. Ille fuga periculum evitavit, belllumque indixit Thyo. in quo, quum ab Ariobarzane praefecto Lydiae & Ioniae totiusque Phrygiae desertus esset, nihilo 1 segnius perseveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore & liberis. 5

CAPUT III.

Cujus facti ne prius fama ad Regem, quam ipse, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus inscíis, eo, ubi erat rex, venit: posteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, quod & niger, & capillo longo, barbaque erat promissa, optima veste texit, quam satrapae regii gerere consueverant: ornavitque etiam torque, & armillis aureis, ceteroque regio cultu: ipse agresti duplici amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat, ut si 2 feram bestiam captam duceret. Quem quum omnes prospicerent propter novitatem ornatus, ignotam- 1 2 3

1 *Segnius.*] V. cl. Oudendorp. ad J. Caesar. II. B. Civ. 7.

2 *Feram bestiam*] Curtius nostrum imitatus est L. VIII. cap. I. §. 35. *mittor ad feras bestias.* vide Interpr. ad Hygin. f. 125.

tamque formam, ob eamque rem magnus esset concursus, fuit 1 non nemo, qui agnosceret Thyum, Regique nuntiaret.
4 Primo non adcredidit. Itaque Pharnabazum misit exploratum: a quo ut rem gestam comperit, statim admitti jussit, magnopere delectatus cum facto, tum ornatu: inprimis quod nobilis rex in po-
5 testatem inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamem donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo & Tithrauste, ad bellum Aegyptium, parique eum, atque illos, imperio esse jussit. Postea vero, quam Pharnabazum Rex revocavit, illi 2 summa imperii tradita est.

1 *Non nemo*] Loco non movendum est.

2 *Summa imperii*] Nihil muta, licet *summa imperia tradita sunt*, ferri possent. id est, Rex tradidit ei uni potestatem summam omnia in exercitu dirigendi, nulla caeterorum ducum ratione habita, sed, ut, quod res est, fatear, idem notat *summa imperii*, & *summum imperium* in singulari numero; neque memini quemquam, non saltim Nostrum, hac significatione *summa imperia* in plur. N. dicere, sed quidem in sing. N. *summum imperium* vel *summa imperii*. V. cl. J. Arntzen. ad S. A. Victorem de Viris illustr. cap 7. Livius passim quoque dixit *summa imperii*. V. Drak. ad Lib. VIII. cap. 26. Hinc vero *ducum princeps*, quippe cui dicto caeteri duces debebant esse audientes, Datames cap. 5. vocatur.

Caput IV.

Hic quum maximo ſtudio compararet 1
exercitum, Aegyptumque profi-
ciſci pararet: ſubito a Rege litterae ſunt
ei miſſae, ut Aſpim adgrederetur, qui
Cataoniam tenebat. quae gens jacet ſupra
Ciliciam, confinis Cappadociae. Nam-
que Aſpis ſaltuoſam regionem, caſtellis-
que munitam incolens, non ſolum im-
perio Regis non parebat; ſed etiam finiti- 2
mas regiones vexabat, & quae regi por-
tarentur, abripiebat. Datames, etſi lon-
ge aberat ab his regionibus, & a majore
re abſtrahebatur; tamen regis voluntati
morem gerendum putavit. Itaque cum 3
paucis, ſed viris fortibus, navem con-
ſcendit, exiſtimans, id quod adcidit,
facilius ſe inprudentem parva manu ob-
preſſurum, quam paratum, quamvis ma-
gno exercitu. Hac delatus in Ciliciam, 4
egreſſus inde, dies noctesque iter faciens,
Taurum tranſiit, eoque, quo ſtuduerat,
venit: quaerit, quibus locis ſit Aſpis:
cognoſcit, haud longe abeſſe, profectum-
que eum venatum. quem dum ſpeculatur,
adventus ejus cauſſa cognoſcitur. Piſidas,
cum iis, quos ſecum habebat, ad reſi-
ſtendum Aſpis comparat. Id Datames 5
ubi audivit, arma ſumit, ſuosque ſequi
jubet;

jubet: ipſe equo concitato ad hoſtem vehitur. quem procul Aſpis conſpiciens ad ſe ferentem, pertimeſcit, atque a conatu reſiſtendi deterritus, ſeſe dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

CAPUT V.

1 Haec dum geruntur, Artaxerxes reminiſcens, a quanto bello, ad quam parvam rem principem ducum miſiſſet, ſe ipſe reprehendit, & nuntium ad exercitum Acen miſit, quod nondum Datamem profectum putabat, qui diceret, ne ab exercitu diſcederet. Hic priusquam
2 perveniret, quo erat profectus, in itinere convenit, qui Aſpim ducebant. Qua celeritate quum magnam benevolentiam Regis Datames conſecutus eſſet, non minorem invidiam aulicorum excepit, qui illum unum pluris, quam ſe omnes, fieri videbant. Quo facto cuncti ad eum
3 obprimendum conſenſerunt. Haec Pandates, gazae cuſtos regiae, amicus Datami, 1 perſcripta ei mittit. in quibus docet, *eum magno fore periculo, ſi quid illo imperante in Aegypto adverſi adcidiſſet. Nam-*

1 *Perſcripta.*] Ita ſcribe, Livius XXXI, 1. *perſcribere ab initio ad finem res omnes Romanas.*

Namque eam esse 1 *consuetudinem regiam*, *ut casus adversos hominibus tribuant*, *secundos fortunae suae. quo fieri*, *ut facile impellantur ad eorum perniciem*, *quorum ductu res male gestae nuntientur. Illum hoc majore fore in discrimine*, *quod quibus Rex maxime obediat*, *eos habeat inimicissimos.* Talibus ille litteris cognitis, quum jam ad exercitum Acen venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, desciscere a rege constituit. neque tamen quidquam fecit, quod fide sua esset indignum. Nam Mandroclem Magnetem exercitui praefecit: ipse cum suis in Cappadociam discedit; conjunctamque huic Paphlagoniam occupat; celans, qua voluntate esset in Regem: clam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas suis tuendas tradit. 4 5 6

CAPUT VI.

Sed haec propter hiemale tempus minus prospere procedebant. Audit, Pisidas quasdam copias adversus se parare. filium eo 2 Arsideum cum exercitu 1

1 *Consuetudinem regiam.*] Hanc lectionem retine. V. Oud. ad Hirtium de B. Alexandr. cap. 24.

2 *Arsidaeum.*] Hic iterum silet Heusingerus

tu mittit. Cadit in praelio adolescens; proficiscitur eo pater, non ita cum magna manu, celans, quantum vulnus adcepisset; quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de re male gesta fama ad suos perveniret: ne cognita filii morte animi
2 1 debilitarentur militum. Quo contenderat, pervenit, hisque locis castra ponit,

rus, quia locus ex historia inlustrandus est. In codd. meis est *Arvidaeum.* unde alii faciunt *Aridaeum.* Nomen familiare non tantum Persis, sed & Macedonibus. Photius in Excerpt. Arriani p. 219. vocat *Arridaeum.* & p. 221. & Diodorus Siculus Lib. XVIII. cap. 2. a quo Philippi filius vocatur, e matre Philinna saltatrice. v. ibi cl. Wesseling. Hunc Dexippus apud Photium p. 199. appellat *Aridaeum*, & ejus matrem Philinen Larissaeam. Justinus IX, 8 omisso nomine proprio, vocat Larissaeam saltatricem. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. nam iste Aridaeus, sive ut aliis *Arridaeus*, nihil facit ad nostrum. Verum cum nemo doctorum proferat scriptorem quemdam de *Arsidaeo* memorantem, cur codices nostros non sequamur, qui exhibent *Arvidaeum*, & *Arridaeum* legamus, caussam video nullam.

1 *Debilitarentur.*] Hic iterum me oblivionis accusat Heusingerus, quia non monui, in Fabri Thesauro legi *delibarentur.* Fateor, me numquam consulere hunc Thesaurum, &, si forte in hunc locum incidissem, non tamen Lectorem de ea lectione monuissem, quippe inepta. neque talia inlustratione indigent.

nit, ut neque circuiri multitudine adversariorum posset, neque inpediri, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes, socer ejus, praefectus equitum. Is, despe- 3
ratis generi rebus, ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exiisset, ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut ceteri consilium sequerentur. in vulgus edit: suo jussu 4
Mithrobarzanem profectum 1 pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hostes. quare relinqui eum non par esse, 2 sed omnes confestim sequi. quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent resistere, quum & intra vallum & foris caederentur. Hac re 5
probata, exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur. qui tantum quod ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet. Pisidae, nova re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide 3 compositoque fecisse, ut, recepti, essent majori calamitati. Primum eos adoriuntur.

1 *Pro perfuga*] Ita legendum v. Gron. & Drak. ad Livium XXVII, 15.

2 *Sed*] Si cum Heusingero & velis legere, per me licet, sed non opus est mutatione.

3 *Composito.*] *Composita fraude* dixit Livius XXVI, 12.

tur. Illi quum, quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant; ab hisque stare, quos reliquerant. quibus quum neutri parcerent, celeriter sunt concisi.
7 Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit: primo inpetu pellit, fugientes persequitur, multos interficit, castra hostium
8 capit. Tali consilio uno tempore & proditores perculit, & hostes profligavit: & quod ad perniciem fuerat 1 cogitatum, id ad salutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.

CAPUT VII.

1 Ab hoc tamen viro Scismas maximo natu filius descivit, ad regemque transiit, & de defectione patris detulit. quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse, qui, quum cogitasset, facere auderet; & prius cogitare, quam conari, consuesset; Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo Ciliciae portae sunt sitae, Datames praeoccupare studuit. Sed tam subi-

1 *Cogitatum.*] De verbo *cogitare* Graev. ad Ciceron. L. 1. de Offic. c. 8.

subito copias contrahere non potuit. a qua re depulsus, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circuiretur ab hostibus, neque praeteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur: & si dimicare 1 cum eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset.

CAPUT VIII.

Haec etsi Autophradates videbat, ta- 1
men statuit congredi, quam cum
tantis copiis refugere, aut tam diu uno
loco sedere. Habebat barbarorum equi- 2
tum viginti, peditum centum millia, quos
illi Cardacas appellant. ejusdemque generis III. funditorum. Praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aspendiorum & Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum totidem, 2 ex Graecia conductorum tria [millia]: levis armaturae maxi-

1 *Cum eo.*] Heusingerus legit *eo* sc. *loco.* praefero tamen *cum. eo.*

2 *Ex Graecia conductorum.*] Persae sub signis quoque habebant Graecos aere conductos milites. V. Brisson. L. III. de R. P. cap. 59. Caussam docet Plato Lib. 3. de Legg. p. 817. *Persae κεκτημένοι μυριάδας ἀπεράντους* λε-

I

3 maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se locique natura. namque hujus partem non habebat vicesimam militum. Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit; quum de ipsius exercitu non amplius hominum mille 1 cecidissent. Quam ob caussam postero die tropaeum posuit, quo loco pridie pugnatum
4 erat. Hinc quum castra movisset, semperque inferior copiis, superior omnibus praeliis discederet: quod numquam manum confereret, nisi quum adversarios locorum angustiis clausisset; quod perito regionum callideque cogitanti saepe adci-
5 debat: Autophradates, quum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum, videret, ad pacem amicitiamque hortatus est, ut cum rege in gratiam
6 rediret. Quam ille etsi fidam non fore putabat, tamen conditionem adcepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem susceperat, sedatum. Autophradates in Phrygiam se recepit.

λογισμῷ, ἀχρήστους εἰς πόλεμον πάσας κέκτηνται, καὶ καθάπερ ἐνδεεῖς ἀνθρώπων, μισθούμενοι ὑπὸ μισθωτῶν καὶ ὀθνείων ἀνθρώπων ἡγοῦνται ποτὲ σωθήσεσθαι.

1 *Cecidisset.*] Nunc lego *cecidissent.* V. Oud. ad J. Caesar. III. B. Civib. 84.

CA-

CAPUT IX.

At Rex, quod inplacabile odium in
Datamem fubfceperat, poftquam bel-
lo eum obprimi non poffe animadvertit,
infidiis interficere ftuduit. quas ille ple-
rasque vitavit. Sicut quum nunciatum 2
effet, quosdam fibi infidiari, qui in ami-
corum erant numero: de quibus, quod
inimici detulerant, neque credendum, ne-
que negligendum putavit. experiri voluit,
1 verum falfumne effet relatum. Itaque 3
eo profectus eft, quo itinere futuras in-
fidias dixerant. Sed elegit corpore & fta-
tura fimillimum fui, eique veftitum fuum
dedit, atque eo loco ire, quo ipfe con-
fueverat, juffit. Ipfe autem ornatu [vefti-
tuque] militari inter corporis cuftodes 4
iter facere coepit. At infidiatores, poft-
quam in eum locum agmen pervenit, de-
cepti ordine atque veftitu, in eum faciunt
inpetum, qui fubpofitus erat. Praedixe-
rat autem his Datames, cum quibus iter
faciebat, ut parati effent facere, quod
ipfum vidiffent. Ipfe, ut concurrentes 5
infi-

1 *Verum, falfumne.*] Hic iterum actum agit Heufingerus, & Cortii notam ad Salluftium mihi fublegit, quem, credo, *inter alia Poëtarum exempla a Staverio ad h. l. adlata* numerare videtur.

insidiatores animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem quum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem adgredi volebant, confixi ciciderunt.

CAPUT X.

1 Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo. Namque is pollicitus est regi, se eum interfecturum, si ei rex permitteret, ut, quodcumque vellet, liceret inpune facere: fidemque de ea re, more Persarum, dextra dedisset.
2 Hanc ut adcepit a rege 1 missam, copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit, regis provincias vexat, castella expugnat, magnas praedas capit: quarum partem suis dispertit, partem ad Datamem mittit. pari modo complura castel-
3 la ei tradit. Haec diu faciendo, persuasit homini, se infinitum adversus Regem subcepisse bellum; quum nihilo magis, ne quam subspicionem illi praeberet insidiarum, neque conloquium ejus petivit, neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis

1 *Missam.*] Codices hanc vocem delentes lubens sequerer, donec sagacior Criticus meliora doceret.

ficiis mutuis; sed odio 1 communi, quod erga regem susceperant, contineri viderentur.

CAPUT XI.

Id quum satis se confirmasse arbitratus 1 est, certiorem facit Datamem, tempus esse majores exercitus parari, bellum cum ipso rege suscipi: de qua re, si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus sumitur, locusque, quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui 2 maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios 2 obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi die, utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ipsi 3 sunt congressi. Hic quum aliquamdiu in con-

1 *Communi*] Proprie de re ad duos pertinente. Sic Sueton. in Caesare cap. 19. *nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret* i. e. suo & Caesaris nomine. Vide Cerdam ad Virgilii II. Aen. 789. *Jamque vale, & nati serva communis amorem.*

2 *Obruit*] I. e. abscondit. Virg. II. G. 24. *Hic stirpes obruit arvo.* ubi vide Serv. Curtius VII, 3, 10. *Vites, & arbores, si quae in tanta terrae rigore durare potuerunt, obruunt.*

conloquio fuiſſent, & diverſi diſceſſiſſent, jamque procul Datames abeſſet: Mithridates priusquam ad ſuos perveniret, ne quam ſubſpicionem pareret, in eumdem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat [1] inpoſitum, reſedit, ut ſi a laſſitudine cuperet adquieſcere: Datamemque revocavit, ſimulans, ſe quiddam in con-
4 loquio eſſe oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina veſte texit, ac Datami venienti ait, digredientem ſe animadvertiſſe, [2] locum quemdam, qui erat in conſpectu, ad
5 caſtra ponenda eſſe idoneum. Quem quum digito monſtraret, & ille conſpiceret, averſum ferro transfixit: priusque, quam quisquam poſſet ſubcurrere, interfecit. Ita vir, qui multos conſilio, neminem perfidia ceperat, ſimulata captus eſt amicitia.

1 *Impoſitum.*] Heuſingerus mavult *infoſſum.* non male; ſed contra Codices nihil moveo. Erat telum ſigno notatum. V. Polyaen. Lib. VII. Strateg. c. 29. §. 1. potuiſſet itaque Nepos dicere *ubi telo ſignum impoſitum erat.*

2 *Locum quemdam ad caſtra ponenda eſſe idoneum*] Polyaenus Lib. VII. Strateg. cap. 29. §. 1. dicit, Datamem juſſum eſſe a Mithridate montem maxime munire.

XV.

XV. EPAMINONDAS.

CAPUT I.

EPAMINONDAS 1 POLYMNI F. THEBANUS. De hoc priusquam 1
scribamus, haec praecipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant; neve ea, quae ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim mu- 2
sicen nostris moribus abesse a principis per-

1 *Polymni.*] Ita omnes Codices exarati. Atqui Pausanias Lib. IV. cap. 31. p. 358. vocat Epaminondae patrem *Polymnidem*, de quo Patris nomine Periz. ad Aelian. II. V. H. cap. 43. Itaque recte docti observant ad h. l. auctorem more suo hujus nominis declinationem mutasse; alioquin legendum esset *Polymnidis.* Ejus mater ignoratur. Vide Plut. in Agesilao p. 606. id quod eum commune habere cum aliis Graecis inlustribus viris ex superioribus patet: quod tamen mirum est de Epaminondae matre, quae aeque ac pater vivebat, Epimononda ad Leuctra victoriam reportante. V. Plut. in Coriol. p. 214. & T. II. p. 786. in Libro *An seni sit ger. Resp.*

persona, 1 saltare vero etiam in vitiis poni. quae omnia apud Graecos & grata,
4 & laude digna ducuntur. Quum autem exprimere imaginem consuetudinis atque vitae 2 velimus Epaminondae, nihil videmur debere praetermittere, quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus: deinde quibus disciplinis & a quibus sit eruditus: tum de moribus, ingeniique facultatibus; & si qua alia digna memoria erunt: postremo de rebus gestis, quae a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

CAPUT II.

1 Natus igitur 3 patre, quo diximus, honesto genere, 4 pauper jam a majoribus relictus. Eruditus autem sic, ut

1 *Saltare in vitiis poni.*] Non omnis saltatio a Romanis in vitio ponebatur, sed tantum inpudica. Vide cl. Graev. ad Ciceron. Lib. 1. de Offic. cap. 42. & in Orat. pro Murena cap. 6.

2 *Velimus Epaminondae.*] Recte alibi ab Heusingero observatum est Nepotem non claudere sententiam verbo. Verum ita quoque Cicero pro Milone cap. 27. *Qui Janiculo & Alpibus spem possessionum terminabat suarum.*

3 *Patre honesto genere.*] Errat Gebhardus, vel errat Nepos, si vox *honestus* h. l. per *mediocrem* & *humilem* vertenda sit. Inlustrissimo enim ge-

ut nemo Thebanus magis. nam & citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio: qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon, aut Lamprus; quorum pervulgata sunt nomina: carmina cantare tibiis ab Olym-
piodoro, saltare a Calliphrone. At Phi 2
losophiae praeceptorem habuit 1 Lysim Tarentinum, Pythagoreum: cui quidem sic

genere natus erat pater Epaminondae, ut docet Pausanias Lib. IX. cap. 13. nec non Plut. in Pelopida p. 279. Sed uterque addit, ejus patrem ac majores fuisse pauperes; atqui divitiarum inopia non minuit alicujus nobile genus. Aelianus XII, 43. Epaminondae patrem ἀφανῆ vocans erravit quoque; sed de rebus ejus gestis tantum, non de genere intelligi debet.

4 *Pauper a majoribus relictus*] Sic Terent. Phorm. II, 3, 10. *quia egens relicta est misera.*

1 *Lysim Tarentinum.*] Lambinus Vir Doctissimus e Diodori Siculi Lib. XVI. sine dubio capite secundo ad h. l. adnotat, Epaminondam & Philippum Amyntae filium ab eodem magistro Pythagoreo, & apud Pammenem Thebanum fuisse eruditos. Verum hoc loco a Diodoro nulla de Pammene fit mentio. Sed cap. 34. ubi nulla de Epaminonda mentio injicitur. hic de Pammene duce Thebanorum pluribus agit cl. Wesseling. Sed Plutarchus T. II. in Politic p. 805. dicit, Epaminondam a Pammene auctum & ornatum fuisse. sed hic quaestio est, qua occasione Lysis Tarentinus Thebas migraverit: nempe Tarento is Thebas fugit,

ſic fuit deditus, ut adoleſcens triſtem & ſeverum ſenem omnibus aequalibus ſuis in familiaritate antepoſuerit: neque prius eum a ſe dimiſerit, quam in doctrinis tanto anteceſſerit condiſcipulos, ut facile intelligi poſſet, pari modo ſuperaturum omnes

quia poſt mortem Pythagorae Pythagorei infeſtabantur a contraria Cyloniorum factione, aedibus, in quas convenerant, inflammatis, e quo incendio evaſerat noſter Lyſis adoleſcens. V. Periz. ad Aeliani Lib. III. V. H. cap. 17. Hic Thebis Scholam aperuit, & quidem eo tempore, quo Polymnis vivebat, vir nobili genere natus, qui, licet cum paupertate conluctatus, filium Epaminondam tamen liberalibus artibus erudivit. Hic Epaminondas ipſe quoqne adoleſcens diſcendi cupidus Lyſim audivit. V. Pauſan. Lib. IX. cap. 13. Adde Aldobr. & Menag. ad Diogen. Laërt. L. VIII. cap. 7. & in Hiſt. Mul. Philoſoph. p. 502. & Interpr. ad Ciceron. L. I. de Offic. cap. 44. per quem tantum profecit, ut ab omnibus Graecis fuerit habitus ἀνὴρ ἔνδοξος ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ. V. Plut in Ageſilao p. 611. qui a Diodor. Sicul. L. XV. cap. 39. traditur μετασχεῖν ἐπὶ πολὺ πάσης παιδείας, καὶ μάλιστα τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας. Scholiaſtes Ariſtophanis in Equit. vſ. 189. dicit, Epaminondam doctum eſſe ἐγκύκλιον παιδείαν, χωροῦσαν διὰ πάσης παιδεύσεως, καὶ ῥυθμοῦ παντὸς, καὶ κινήματος. de qua diſciplina circulari Caſaub. ad Strabon. L. I. p. 25. & Wouwer. de Polymathia cap. 2. p. 19. cap. 15. p. 156. & cap. 24. p. 278. Hanc docebantur etiam Adoleſcentes in Ciliciae urbe Tarſo, & quidem ita, ut in urbe Tarſo eruditi ſuperave-

omnes in ceteris artibus. Atque haec ad 3
nostram consuetudinem sunt levia, & potius contemnenda: at in Graecia utique olim magnae laudi erant. Postquam ephe- 4
bus factus est, & palaestrae dare operam coepit: non tam magnitudini virium ser-

vivit

verint Athenis, Alexandriae, & in aliis locis doctos. V. Strabon. T. II. L. XIV. p. 991. unde non est, quod miremur summam Apostoli Pauli Tarsensis eruditionem. Praecipua vero Pythagoreorum cura erat, ut discipuli politicis scientiis penitus inbuerentur. vide Ciceron Lib. I. de offic. cap. 44. quo cum confer praecepta, quibus ipse Pythagoras Crotoniatas ad luxuriam lapsos ad frugalitatis, modestiae & literarum studium revocavit, enumerantem Justinum Lib. XX. cap. 4. Ad haec Pythagorei inprimis a tyrannide suos discipulos deterrebant, ei enim erant inimici, ut caeteri philosophi. vide Plut. in Dione p. 962. Nostrum vero Epaminondam non fuisse Regis Philippi condiscipulum, neque Philippum hoc Lyside Tarentino potuisse uti magistro Thebis agente liquido & erudite monstrat cl. Wesselingius ad Diodori Lib. XVI. cap. 2. Neque Pausanias, neque Diogenes Laërtius, neque Scholiastes Aristophanis, neque quod sciam, alii, quos ego saltim legi, cum Diodoro faciunt. Denique nec A. Gellius Lib. IX. cap. 3. qui de Liberalibus disciplinis hujus Philippi agit. Non tamen ideo tantopere culpandus Diodorus. Plures Historici errarunt, Regios praeceptores enumerantes. Quantum distat Numae Regis aetas a seculo, quo floruit Pythagoras Samius! dicitur tamen a multis fuisse Numae praece-

vivit, quam velocitati. illam enim ad athletarum usum; hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo & luctando, ad eum

ptor! In quibus Ovidius etiam III. Ex Ponto Ep. III. vs. 44. sed eum excusat Ciofanus ad Eumd. L. xv. Met. vs. 60. & Menagius ad Diogen. Laërt. L. VIII. cap. 46. qui putat, errorem inde ortum, quod tempore Numae extiterit Lacedaemonius Pythagoras, a Dionysio Halicarn. L. II. A. R. cap. 58. & a Plutarcho in vita Numae memoratus, qui Numam in constituendo regno ab eo adjutum fuisse dicit. sed Dionysius Eodem Libro cap. 59, in fine neminem alium Pythagoram sapientiae doctorem, nostro Samio antiquiorem agnoscit, nec quemquem scriptorem tam Graecum, quam Romanum facile repertum iri credit, qui memoriae prodidit, hujusmodi doctore Pythagora Numam fuisse familiariter usum; quamquam ipse memorat Pythagoram Lacedaemonium, qui victor in stadio fuit, eodem tempore, quo Numa Rex creatus fuit, nempe anno tertio decimo sextae Olympiadis, & licet idem Auctor & eodem Libro cap. 13. & 14. pro certo statuat, Romulum ipsum jam multa a Lacedaemoniis fuisse mutuatum, Nomen Pythagorae Lacedaemoniis videtur fuisse proprium; nam apud Xenophontem Lib. I. Exp. Cyri p. 199. memoratur Pythagoras Lacedaemonius, qui navarchus fuit quinque & triginta navium e Peloponneso ad Cyrum missarum. Interea de Pythagorae Samii aetate consule, quos laudat Drakenburg ad Livii Lib. I. cap. 18. &

eum finem, quoad ſtans complecti poſſet, atque contendere. In armis plurimum ſtudii conſumebat.

Caput III.

Ad hanc corporis firmitatem plurima 1 etiam animi bona acceſſerant. Erat enim modeſtus, 1 prudens, gravis, tempori-

& ego ad partes vocavi in Addendis ad Mythographos Latinos p. 962. Sed ad Epaminondam revertamur, qui dicitur a Nepote *cantaſſe tibiis*, juxta morem Thebanorum, tibiarum ſtudio incenſorum, ut docet Maximus Tyrius in ſeptima Diſſertationum, quem locum debeo P. Petito de Amazonibus cap. 25. unde dictum Alcibiadis apud Plut in Alc. p. 192. Αὐλείτωσαν Θηβαίων παῖδες, οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι. qui de Tibiarum uſu apud Thebanos etiam agit in Pelopida p. 287. erantque Tibias inflandi peritiſſimi. Vide de Pronomo Thebano tibicine Pauſan. L. ix. cap. 12. p. 734, 735. & Athenaeum L. xiv. cap. 7. p. 631. & cap. 1. p. 615. ejusdem Libri de celebri tibicine Theodoro Boeotio. Adhaec Pythagorici Tibiarum canum magni faciebant, unde Euphranor & Archytas integrum de tibiis librum ſcripſerunt. V. Lib. iv. cap. ult. p. 184. Lyra utebantur etiam Pythagorei tam lectum petentes, quam ſurgentes, qua cantabant laudes Deorum, & Virorum fortium. v. Diogen. Laërt. L. viii. c. 24. & ibi Menag.

1 *Prudens* —— *patiens.*] Plut. in Pol. praec.

poribus ſapienter utens, peritus belli, fortis manu, 1 animo maximo: adeo veritatis diligens, 2 ut ne joco quidem mentiretur. Idem continens, clemens, pa-

praec. T. II. p. 811. Καὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν ἐπαινοῦσιν, ὅτι φθόνῳ καὶ πρὸς ὕβριν ἀποδειχθεὶς τελέαρχος ὑπὸ τῶν Θηβαίων, οὐκ ἠμέλησεν, ἀλλ' εἰπὼν, ὡς οὐ μόνον ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀνὴρ, εἰς μέγα καὶ σεμνὸν ἀξίωμα προσήγαγε τὴν τελεαρχίαν, οὐδὲν οὖσαν πρότερον, ἀλλ' ἤ περὶ τοὺς στενωποὺς ἐκβολῆς κοπρίων, καὶ ῥευμάτων ἀποτροπῆς ἐπιμέλειάν τινα.

1 *Animo maximo.*] Hoc confirmant ejus Apophthegmata apud Plut. T. II. p. 192, 193. & de Gloria Atheniens. p. 349.

2 *Ut ne joco quidem mentiretur.*] Cicero Lib. I. de offic. cap. 29. *Neque enim ita a natura generati ſumus, ut ad ludum & jocum facti eſſe videamur.* De Ariſtide teſtatur Plutarchus T. I. p. 319. eum velle μόνα τὰ χρηστὰ καὶ δίκαια πράττειν, καὶ λέγειν θαῤῥεῖν τὸν ἀγαθὸν πολίτην Aliter ſentiebat Menon iſte Athenienſis, qui dicebat, breviſſimam viam ad votum conſequendum eſſe, pejerare, mentiri, ac fallere. Vide Suidam. Verum hic Menon, non fuit Athenienſis; ſed Theſſalus, ut jam Interpretes ad Suidam monuerunt, e Xenophonte, qui eum deſcripſit non Libro tertio, ſed ſecundo Exped. Cyri. p. m. 230. de quo jam egerat p. 193. Lib. I. Exp. Cyr. & p. 200, 201. & quidem ex Urbe Lariſſa. V. Diod. Sicul. cap. 19. Libri XIV. de quo pluribus egit cl. Dorvillius in Animadv. in Charitonem Aphrod. Lib. I. cap. 7. p. 90. fuit & alius Menon Theſſalus vir bello Lamiaco clarus. V. Plut. in Pyrrho p. 383. &

patiensque admirandum in modum; non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque commissa celans; quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere. Studiosus audiendi. ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque quum in circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur, numquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus. Paupertatem adeo facile perpessus est, ut de republ. nihil praeter gloriam ceperit. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus. fide ad alios sub- 4

& in Phocion. p. 753. qui ex urbe Thessaliae Pharsalo videtur fuisse oriundus v. cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 38. Larissaeum vero Menonem hac mente fuisse praeditum, non est, quod miremur; Thessali enim erant fraudibus suis infames. V. Schol. Aristophanis in Pluto vs. 521. & de Thessalorum commento Burm. de Jove Fulgerat. cap. 15. p. 331. Fuit Menon Atheniensis quidam, de quo Plut. in Pericle p. 169. unde Suidae error fuerit forsitan ortus. fuit & Menon in bello Trojano v. Homer. Il. M. 188, 193. Sed e diverticulo in viam. Mendacia quoque oderant Persae, qui suos liberos a quinto ad vigesimum annum vera loqui docebant. V. Herodot. L. I. c. 136, 138. Strabon. L. XV. p. 1066. & Brisson. L. II. de R. P. cap. 83. imo Cambyses mentientes ultimo adfecit supplicio. V. Herodot. L. III. c. 27.

ſublevandos ſaepe ſic uſus eſt, ut poſſit judicari, omnia ei 1 cum amicis fuiſſe communia. Nam quum aut civium ſuorum

rum

1 *Cum amicis omnia communia.*] Quid mirum? Epaminondas a Lyſide Tarentino doctus erat Pythagoricos ſequi, qui ſua bona in medium conlata cum amicis habebant communia. V. Menag. ad Diogen. Laërt. VIII, 10, 23. Sed neſcio, cur Elſnerus in Actis Apoſtolorum ad illa verba cap. II. vſ. 41. de primis Chriſtianis καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά. omnes horum fidelium virtutes cum Pythagoricae ſectae adhaerentium laudandis moribus comparet. Alia erat horum Chriſtinanorum virtutum origo: alia Pythagoricorum. Sed ne multorum ad exemplum ſacra profanis miſceam, ad alia tranſeo. Hac mente forſitan ſibi pauperi unum talentum a divite quodam quempiam ex amicis poſcere juſſerit Epaminondas. V. Plut. Polit. Praec. T. II. p. 809. Alioqui ingens auri pondus ſpernebat. vid. eund. in Apophth. p. 193. & Periz. ad Aelian. v. V. H. 5. nec non Lambin. ad cap. 4. hujus Vitae. de eo, Jaſone Theſſalorum Tyranno, & Artaxerxe Mnemone. Imo in tanta paupertate deceſſit, ut in defuncti aedibus nihil praeter veru ferreum inventum, publiceque a Thebanis ſepultus ſit. V. Plut. in Fabio M. T. I. p. 189 Caeterum de Lacedaemoniis, eadem fide vicinorum ac ſua bona curantibus, vicinorumque ſervis, canibus, & equis, tamquam ſuis, ſi domini horum opera non indigerent, utentibus, vide Plut. T. II. Lac. Inſtit. p. 237, 238. Eſt vero avari dictum, de alieno ſuum ventrem implere gaviſi, κοινὰ τὰ τῶν φίλων,

apud

rum aliquis ab hostibus esset captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem conlocari non posset, amicorum concilium habebat, & quantum quisque daret, pro cujusque facultatibus imperabat. eamque summam quum faceret, priusquam adciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant: eique ut ipsi numerarent, faciebat; ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, quantum cuique deberet.

CAPUT IV.

Tentata autem ejus est abstinentia a Diomedonte Cyziceno. Namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit; & Micythum adolescentulum quinque talentis 1 ad suam perduxit voluntatem: quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, & caussam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram, *nihil*, inquit, *opus pecunia est. nam si ea rex vult, quae The-*

apud Cratinum. vide Athenaeum Lib I. cap. 7. p 8.

1 *Ad suam perduxit voluntatem.*] Satis latine. V. Oud. ad J. Caesar. L. VII. B. G. c. 4.

Thebanis sint utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis. Namque orbis terrarum divitias adcipere nolo pro patriae caritate.
3 *Te, qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror: tibique ignosco. sed egredere propere, ne alios corrumpas, quum me non potueris. Tu Micythe, argentum huic redde: nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui.*
4 Hunc Diomedon quum rogaret, *ut tuto exire, suaque, quae adtulisset, liceret efferre: istud*, inquit, *faciam: neque tua caussa, sed mea: ne, si tibi sit pecunia ademta, aliquis dicat, id ad me ereptum pervenisse, quod delatum adcipere noluissem.*
5 A quo quum quaesisset, *quo se* 1 *deduci vellet*; & ille *Athenas* dixisset, praesidium dedit, ut eo tuto perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam, ut inviolatus in navem adscenderet, per Chabriam Atheniensem, de quo supra
6 mentionem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere con-

1 *Deduci*] Si cum Cod. Voss. legi mavis *duci*, per me licet, & ita hunc locum citat Wachius. ad Dionysii Distichon 9. Libri 1.

constituimus: quorum separatim 1 multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.

CAPUT V.

1 Fuit & disertus, ut nemo Thebanus 1
ei par esset eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi,
quam in perpetua oratione ornatus. Ha- 2
buit obtrectatorem 3 Meneclidem quemdam 4 indidem Thebis, & adversarium in

1 *Multis millibus versuum*] Quae hic Bosius de Veteribus ex versuum numero Libri magnitudinem significantibus profert, Lambino debet.

2 *Fuit & disertus: neque minus concinnus in brevitate respondendi*] A multiloquio abhorrebat; multa enim audiebat, sed pauca loquebatur; ut de eo testatur Spintharus apud Plut. T. II. de Audit. p. 39. De brevibus ejus responsis in Praec. Polit. p. 808, 809. in Apophth. p. 192, 193. & de sui laude p. 545. adde Agatharchidem apud Athenaeum Lib. XIV. cap. 17. p. 650, 651.

3 *Meneclidem*] Facile cum Codd. *Meneclidam* potest legi, sed utrunque rectum est, Sic, qui a Curtio Lib. IX. cap. 5. *Peucestas* vocatur, a Diodoro Siculo Lib. XVII. c. 99. & aliis appellatur *Peucestes*. De Meneclida vide etiam Plut. de laude sui p. 542.

4 *Indidem Thebis*] V. de hac loquendi formula cl. Oud. ad J. Caesar, Lib. VII B. Gall. cap. 62. p. 408. quam e Graeco fonte manasse

in administranda republ. satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. namque 1 illi genti plus inest virium,
3 quam ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat

nasse dicit J. Rutgersius Lib. v. Var. Lect. cap. 19.

1 *Illi genti plus inest virium.*] Non loci hoc naturae, sed consuetudini adscribendum. Boeotia primum inhabitata fuit a barbaris populis, & agrestibus, inter quos fuere Hyantes, quos Graeci propter inscitiam nomine contracto ὕς vocabant. V. Schol. Pindari Olymp. Od. VI, 148. Boeotii & inprimis Thebani in civitate antiquae severitatis, ut eam vocat Justinus L. VII. cap. 5. habitantes, multisque bellorum calamitatibus jam ab heroicis usque temporibus pressi, & quotidie expositi (v. Plut. Apophth. T. II. p. 193. ubi Epaminondas Boeotiam πολέμου ὀρχήστραν vocat) armis sese exercere debuerunt, unde Graecorum fortissimi evasere. Vide Diod. Sicul. L. XV. cap. 26, 39. & crescens eorum potentia caeteris suspecta esse coepit. vide cap. 50. hujus Libri. sed, ut fit, inter arma silent Musae, hinc literas, & politiorum hominum neglexerunt commercium. Vide Strabon. Lib. II. p. 161. & L. IX. p. 615. Caeterum fuere Boeotii φιλοτιμότατοι, καὶ πάντων φιλοφρονέστατοι teste Xenophonte Lib. III. Memorab. pag. 606. qui si literarum lumine fuissent inlustrati, ipsis Atheniensibus palmam praeripuissent. Severitas Thebanorum patet e lege de Pictoribus & Statuariis. de qua Periz. ad Aelianum Lib. IV. V. H. cap. 4.

lebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille; *fallis*, inquit, *verbo cives tuos, quod hos a bello avocas. otii enim nomine servitutem concilias. Nam* 1 *paritur pax bello. Itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si principes Graeciae esse vultis, castris est vobis utendum, non palaestra.*
Idem ille Meneclides quum huic objiceret, *quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset; maximeque insolentiam, quod sibi Agamemnonis belli gloriam videretur consecutus*: at ille, *desine*, inquit, *Meneclida de uxore mihi exprobrare. nam nullius in ista re minus uti consilio volo.* Habebat enim Meneclides subspicionem adulterii. 5
Quod autem me Agamemnonem aemulari putas; falleris, namque ille cum universa Graecia vix decem annis 2 *unam cepit urbem: ego contra ex una urbe nostra, die-* 6

1 *Pax paritur bello.*] Cicero L. I. de offic. cap. 23. p. 85. ait; *Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quaesita videatur.*

2 *Unam cepit urbem.*] Simile quid de Pericle Samos devincente Plut. T. I. p. 167. ex Ione θαυμαστὸν δέ τι καὶ μεγαλοφρονῆσαι, καταπολεμήσαντα τοὺς Σαμίους, φησὶν αὐτὸν ὁ Ἴων, ὡς τοῦ μὲν Ἀγαμέμνονος ἔτεσι δέκα βάρβαρον πόλιν. αὐτοῦ δὲ μησὶν ἐννέα τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους Ἰώνων ἑλόντος. mox *Ego ex una urbe* non mutandum est, sed recte ab Heusin-

dieque uno, totam Graeciam, Lacedaemoniis fugatis, liberavi.

CAPUT VI.

1 Idem quum 1 in conventum venisset
Arcadum, petens, ut societatem cum
Thebanis & Argivis facerent: contraque
2 Callistratus Atheniensium legatus, qui
eloquentia omnes eo praestabat tempore,
postularet, ut potius amicitiam sequerentur
Atticorum; & in oratione sua multa
2 invectus esset in Thebanos & Argivos,
in eisque hoc posuisset; *animadvertere
debere Arcades, quales utraque civitas cives
procreasset, ex quibus de ceteris possent
judicare. Argivos enim fuisse Orestem &
Alc-*

singero explicatur *ego* qui sum ex una urbe cum meis egressus civibus. sed non erat, quod Heusingerus haec nos doceret, per se satis clara; paullo ante meis plumis iterum fulget agens de locutione *suspicionem habere.*

1 *In conventum Arcadum*,] Quos Epaminondas in unum congregasse dicitur a Pausania Lib. VIII cap. 27. p. 654. De re ipsa, & tempore, quo adcidit, v. cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. XV. cap. 38.

2 *Callistratus Atheniensium legatus*] In Voss. legitur *Atheniens. ductor legatus.* Quam lectionem probat Bosius. Sane plures legati simul mittebantur ab Atheniensibus ad pacem conciliandam; quorum princeps primus verba faciebat, ita ut caeteris quoque dicendi partes traderentur. primae partes videntur datae

Alcmaeonem, matricidas: 1 *Thebis Oedipum natum, qui quum patrem ſuum interfeciſſet, ex matre liberos procreaſſet.* Hic 3
in

datae eſſe ſacrorum Antiſtitibus, ſi adeſſent. ita Calliae Daducho hic honos obtigit. V. Xenophont. L. VI. H. Gr. p. 461, 462. ubi octo legati ab Athenienſibus ad Lacedaemonios miſſi ſunt, ſed ibi noſtro Calliſtrato tertiae dicendi partes datae ſunt. Romani decem legatos quidem ſimul mittere fuere ſoliti v. Arntz. ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. cap. 22. & quam neceſſarius ſit πρεσβείας κοινωνὸς docet Plut. in Praec. Polit. T. II. p. 819. ſed *ductor.* h. l. non ſignificabit *ducem legationis*, ut vult Boſius, ſed ſi ab ipſo auctore proficiſcatur, quod tamen vix credo, notabit δημαγωγὸν, quae vox per Athenienſium *ductorem* verſa fuerit: quo titulo inſignitur a Diodoro Siculo L. XV. cap. 38. Καλλιστράτου δὲ τοῦ δημαγωγοῦ τὸν λόγον διαθεμένου, ὑπὲρ δὲ τῶν Θηβαίων Ἐπαμινώνδου διαθεμένου λόγον θαυμαστῶς ἐν τῷ κοινῷ συνεδρίῳ. Principes vero legationis vocantur ἀφηγούμενοι πρεσβείας Ἀθηναίων, ut Diotimus Strombichi filius vocatur a Strabone Lib. II. p. 81.

1 *Thebis Oedipum natum.*] Semper in Thebanos multa Graeci fuere invecti. Vide Lamachi Myrrhinaei orationem apud Plut. in Demoſthene p. 849. & T. II. p. 845 de X. orat. & ſane, ſi vera ſunt, quae memorantur, fato quodam factum videtur, ut in hac una Urbe omnium ſcelerum ſcena fuerit oſtentata. Vide Cuper. Lib. I. obſ. cap. 4. ſed quid ad Thebanos ſcelus cujuſdam civis, ob id puniti? Plura hominum monſtra Athenis ſunt nata. Vide egregie, at-
ta-

in respondendo Epaminondas quum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo obprobria pervenit, *admirari se* dixit *stultitiam rhetoris Attici, qui non animadverteret, innocentes illos natos; domi scelere admisso, quum patria essent expulsi, re-*
4 *ceptos esse ab Atheniensibus.* Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartae, [legati ante pugnam Leuctricam] quo quum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu, sic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post adparuit, ut auxilio sociorum Lacedaemonii privarentur.

CAPUT VII.

1 Fuisse patientem, suorumque injurias ferentem civium, quod se patriae irasci nefas esse duceret, haec sunt testimo-

tamen acerbius, in Platonem de ea re disputantem, Lactantium Firmianum L. III. de Falsa Sap. cap. 19. Adhaec Athenienses Oedipodis ossa Thebis Athenas deportata, & inter Areopagum & Minervae arcem arae honore decorata, quasi sacrosancta, coluerunt, ut narrat Valerius Maximus Lib. V. cap. 3. Ext. 3. & Pausan. Lib. I. cap. 28. p. 69.

monia. Quum eum propter invidiam cives praeficere exercitui noluissent, duxque esset delectus belli inperitus, cujus errore 1 eo esset deducta illa multitudo militum, ut omnes de salute pertimescerent. quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari coepta est Epaminondae diligentia. erat enim ibi privatus numero militis. a quo quum pe- 2
terent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae, & exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Ne 3
que vero hoc semel fecit, sed saepius: maxime autem fuit inlustre, quum in Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedaemonios, haberetque 1 conlegas duos, quorum alter erat Pelopidas, vir for-

1 *Eo esset deducta illa multitudo militum, ut omnes de salute pertimiscerent.*] Cum cl. Oudendorpio ad J. Caesarem Lib. III. de B. Gall. cap. 17. lege *eo esset deducta res, ut illa multitudo militum de salute pertimescerent.*

2 *Conlegas duos*] Plures fuisse patet e Diodoro Siculo L. XV. cap. 53, inter quos de loco pugnae non conveniebat. ubi de Boeotarcharum numero agit cl. Wesseling. sed *Pelopidam* exprimit Nepos in primis, quia una cum Epaminonda in jus vocatus, & Epaminondae opera judicio capitis liberatus est: v. Plut. T. II. de sui laude p. 540. etiam e vinculis Alexandri Pheraeorum tyranni. v. in Apopth. p. 194. Diod. Sicul. L. V. cap. 75. & Plut. in Pelopida p. 293, 294. Pelopidas ipse

fortis ac strenuus. Hic quum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent, ob eamque rem 1 imperium his esset abrogatum, atque in eorum locum alii praetores successissent; Epaminondas
4 populiscito non paruit, idemque ut facerent,

ipse Epaminondam operis socium sibi delegerat perpetuum propter eloquentiam. vide Plut. Praec. Polit. p. 819.

1 *Imperium his esset abrogatum.*] Peccat hic Nepos contra fidem historicam; non enim Epaminondae, & ejus conlegis imperium fuit abrogatum; sed non modo justum ac legitimum Boeotarchiae tempus exegerunt, verum etiam quatuor mensibus diutius imperium gesserunt, & primo ineuntis anni mense successores admittere noluerunt. id quod iis crimini datum est. Vide Plut. Praec. Polit., T. II. p. 817. & Perizon. ad Aelian. L. XIII. V. H. c. 42. & sane haec Lex erat aequissima. In Thebanorum sententia fuere Romani. Vide Ciceron. pro L. Manilia cap. 9. Mamercus Aemylius ipse dictator apud Livium Lib. IV. cap. 24. dixit. *Maxima libertatis custodia est, si magna imperia diuturna non sint, & temporis modus imponatur.* ideoque se dictatura abdicavit, secutus exemplum Lartii dictatoris primi. V. Dionys. Halicarn. Lib. V. A. R. cap. ult. Sane Graeci a diuturnis hominum imperiis alienissimi erant, metuentes, ne in tyrannidem verterentur. V. Dionys. l. l. cap. 73, 74. caeterum eodem modo, quo Nepos, caussam diutius ab Epaminonda gesti imperii reddit Lib. IX. cap. 14. p. 739. Ὁ οὖν Ἐπαμινώνδας ὑπεριδὼν, ὡς οὐκ ὄντα ἐν καιρῷ τὸν νόμον, ἐβοιωτάρχει.

rent, persuasit conlegis, & bellum, quod subceperat, gessit namque animadvertebat, nisi id fecisset, totum exercitum propter praetorum inprudentiam, [1] inscientiamque belli periturum. Lex erat 5
Thebis, quae *morte mulctabat, si quis imperium diutius retinuisset, quam lege praefinitum foret.* hanc Epaminondas quum reipubl. conservandae caussa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; & quatuor mensibus diutius, quam populus jusserat, gessit imperium.

Caput VIII.

Postquam domum reditum est, conle- 1
gae ejus hoc crimine accusabantur. quibus ille permisit, ut omnem caussam in se transferrent, suaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod
quid diceret, non haberet. At ille [2] in 2
judicium venit, nihil eorum negavit, quae adversarii crimini dabant, omniaque

[1] *Inscientiam*] Vox satis Latina. V. Munck. & quos laudavi ad Fulgentii L. III. in Prol.

[2] *In judicium venit*] Vide, quid de Epaminonda notet Plutarchus T. II. Praec. Polit. p. 799.

que, quae conlegae dixerunt, confessus est, neque recusavit, quo minus legis poenam subiret; sed unum ab iis petivit, *ut* 1 *in periculo suo inscriberent*:
3 EPAMINONDAS A THEBANIS MORTE MULCTATUS EST, QUOD EOS COEGIT 2 APUD LEUCTRA SUPERARE LACEDAEMONIOS; QUOS ANTE SE IMPERATOREM NEMO BOEOTIORUM AUSUS
4 FUIT ADSPICERE IN ACIE: QUODQUE UNO PRAELIO NON SOLUM THEBAS

AB

1 *In periculo suo.*] Boeclerus rescribit *titulo*. a qua emendatione non abhorret Munckerus ad Hygini fab. 80. ea tamen conditione, ut *titulus* accipiatur pro *cippo*, non pro inscriptione. sed nihil muto. Si Romanorum more loqui voluisset Nepos, debuisset scribere *in suo elogio* v. Munck. ad Fulgentii Lib. 1. Myth. cap. 1. & Periz. ad Aelian. XIV. V. H. 43.

2 *Apud Leuctra.*] Hoc praelium carmine Heroico descripsit Hegemon poëta Epicus Alexandrinus, sive ex Alexandria Troadis oriundus. V. Stephanum Byz. in *Alexandria*. Thebanis hac victoria elatis, & joco rogantibus prope Eurotam *ubi nunc sunt Lacedaemonii*, unus e captivis Spartanis respondit, *absunt: alioquin vos huc non venissetis:* ut refert Plut. T. II. Apophth. Lac. p. 233. Recte, nam ante hanc pugnam Lacedaemonii numquam fuerant devicti. V. Pausan. Lib. 1. cap. 13. p. 32. Dicitur Epaminondas oraculi responso monitus Aristomenis Messenii clypeo fuisse usus. V. Pausan. L. IV. c. 32. p. 360.

AB INTERITU RETRAXIT, SED ETIAM UNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT, EOQUE RES UTRORUMQUE PERDUXIT, UT THEBANI SPARTAM OPPUGNARENT, LACEDAEMONII SATIS HABERENT, SI SALVI ESSE POSSENT. NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT, QUAM, 1 MESSENA

1. *Messena constituta.*] Vide Pausan. Lib. IV. cap. 27, 32. Lib. VIII. cap. 52. Plut. T. II. de sui laude p. 540. & T. I. In Agesilao p. 615. & Xenophont. L. VII. Hist. Gr. p. 486, 496. de Messene a Lacedaemoniis miserum in modum vexata Dionys. Halicarn. T. I. p. 701. in Excerpt. Antea in Peloponneso Regio erat Messene, sed Epaminondae consilio, & opera demum Urbs Messene condita est. V. Cl. Wess. ad Diodor. Sicul. L. XV. cap. 66. ubi Auctor de omnibus, quae Messenios presserunt, calamitatibus agit. & ita quoque hic vox *constituta* retinenda est. Caeterum hac de caussa Epaminondae duae statuae a Messeniis positae sunt, altera e ferro, altera ex aere. v. Pausan. Lib. IV. cap. 31. p. 358. & cap. 32. p. 359. & hinc in Elegis Epaminondae statuae a Thebanis erectae subscriptis legitur.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν.
Μεσσήνης δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται.

Vide Pausan. Lib. IX. cap. 15. p 741. In Pelopida cap. 4. in uno Codicum Vossii legitur *Mesena.* De qua scriptura consule Dorvillium ad Charitonem Lib. I cap. 7. p. 90.

SENA CONSTITUTA, URBEM EORUM OBSIDIONE CLAUSIT. Haec quum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est: neque quisquam judex ausus est de eo ferre subfragium. Sic a judicio capitis maxima discessit gloria.

CAPUT IX.

1 Hic extremo tempore imperator apud 1 Mantineam, quum acie instructa audacius instaret hostes, cognitus a Lacedaemoniis, quod in unius pernicie ejus, pa-

1 *Mantineam.*] Strabo Lib. VIII. p. 595. dicit, Mantineam nobilitatam esse victoria, quam de Lacedaemoniis iterum reportavit Epaminondas, sed in qua tamen vitam cum morte commutavit. qui, praeter Diodorum jam a Lambino citatum, Libro IX. p. 634, 635. addit, hac praecipue altera victoria Epaminondam ita Laconum Vires fregisse, ut numquam Graeciae principatum recuperaverint. ipsam vero urbem Mantineam Athenienses Lacedaemoniis auxilio profecti, Epaminondae manibus eripuerunt. V. Plut. T. II. p. 346. Mantinenses vero, Spartani, & Athenienses inter sese contendunt, quisnam e suis inlustrissimo huic duci mortiferum vulnus intulerit, ut jam Lambinus ante Bosium ex iisdem scriptoribus ostendit, cui adde cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. XV. cap. 87. sed Euphranor hujus pugnae pictor Atheniensibus favens, hujus facinoris laudem Gryllo Xenophontis filio videtur

patriae sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt, neque prius abscesserunt, quam, magna caede facta, multisque occisis, fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, sparo eminus percussum, concidere viderunt. Hujus casu aliquantum retardati sunt Boeotii: neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes profligarunt. At Epaminon- 3
das, quum animadverteret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit, quoad renunciatum est, *vicisse Boeotios.* Id postquam audivit; 4
1 *satis*, inquit: *vixi: invictus enim morior.*

tur tribuisse. Vide Pausan. Lib. I. cap. 3. p. 9. & L. IX. cap. 15. p. 741. in qua tamen pugna Grillus ille mortem obpetiit. v. Aelian. III. V. H. 3. Dioscorides de Rep. Lacedaemoniorum dicit, Anticratem Laconem *Lancea* Epaminondam percussisse; sed ipsi Lacedaemonii Anticratis posteros vocant Machaerionas, quasi *machaera* eum vulnerasset. v. Plut. Ages. 616. sed hanc litem nemo dirimet. Caeterum tam Lacedaemonii cum suis, quam Thebani tropaeum statuerunt. V. Xenophont L. VIII. H. Gr. p. 506.

1. *Satis, inquit, vixi.*] Alia narrat Aelianus L. XII. V. H. c. 3. ubi v. Periz.

CAPUT X.

1 Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est. Hic uxorem numquam duxit. in quo quum reprehenderetur [1 quod liberos non relinqueret] a Pelopida,

1 *Quod liberos non relinqueret.*] Hic iterum errat Nepos. Hoc enim dictum non est emissum ex ore Pelopidae; neque ad Epaminondam reprehendendum, sed ab amicis ejus mortem deplorantibus. vide Diod. Sicul. L. xv. cap. 87. ubi hisce verbis respondisse dicitur καταλείπω δύο θυγατέρας, τήν τε ἐν Λεύκτροις νίκην, τὴν ἐν μαντινείᾳ. Curtius nostri scriptoris verba secutus, Alexandrum quoque ita loquentem inducit Lib. VII. cap. 1. *Orbitas quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur: sed errat Philotas, in vobis liberos parentes, consanguineos habeo: vobis salvis, orbus esse non possum.* Caelibem hanc vitam sibi elegisse videtur Epaminondas propter paupertatem Plutarcho in Pelop. p. 279. & in casto caelibatu vixit, nunquam enim castos mores mutavit. V. Plut. de Adulat. T. II. p. 52. non enim magni facio, quae de eo narrat Clearchus apud Athenaeum Lib. XIII. cap. 6. p 590. neque etiam, quae Theopompus profert apud eumdem. cap. 8. p. 605. de scuto Asopichi τοῦ Ἐπαμινώνδου ἐρωμένου. nam de casto hoc amore vide, quae dixi ad praefat. & Interpretes ad Pelopidam cap. 4. Ab Epaminonda enim Thebis instituta fuit *sacra cohors* v. Athenaeum l. I. p. 602. e qua sine dubio Asopichus ille fuerit.

pida, qui filium habebat infamem: *maleque eum in eo patriae consulere* diceret: *vide*, inquit, *ne in pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. neque vero stirps mihi potest deesse. namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est.* Quo tempore duce 3
Pelopida, exsules Thebas occuparunt, & praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quam diu facta est caedes civium, domo se tenuit: quod neque malos defendere volebat, neque inpugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedaemoniis coepit, in primis stetit. Hujus de 4
virtutibus, vitaque satis erit dictum; si hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias, 1 Thebas & ante Epaminondam natum

rit. Locutionem vero *natam ex me pugnam Leuctricam* inlustrat G. Cuperus in Apotheosi Homeri pag. 48.

1 *Thebas.*] Justinus VI, 4. *Quae civitas ex infimis incrementis virtute Epaminondae ducis ad spem imperii Graeciae erecta est.* Nam post Leuctricam Victoriam Thebani adfectarunt Graeciae principatum, V. Xenophont. Lib. VII. H. Gr. p. 485, 486, 487. Plut. in Pelop. p. 294. sed post mortem Epaminondae, qui pa-

natum, & poſt ejus interitum, perpetuo alieno paruiſſe imperio. contra ea, quam diu ille praefuerit Reipubl. caput fuiſſe totius Graeciae. ex quo intelligi poteſt, unum hominem pluris, quam civitatem fuiſſe.

patriam Lacedaemoniis imperantem reliquerat, quam ſervientem acceperat, ut dicit Cicero Lib. II. Tuſcul. Diſput. cap. 23, non tantum Graeciae principatus ſpem, ſed & ſuum amiſerunt imperium. vide Strabon. Lib. IX. p. 615, 617.



XVI. PELOPIDAS.

CAPUT I.

PELOPIDAS THEBANUS magis historicis, quam vulgo, notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, ne, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere: si tantummodo summas adtigero, ne rudibus litterarum Graecarum minus lucide adpareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei obcurram, quantum potero; & medebor cum satietati, tum ignorantiae lectorum. Phoebidas Lacedaemonius, quum exercitum 1 Olynthum duceret, iterque 1

1 *Olynthum.*] Haec fuit maxima urbium Thraciae, ab Olyntho Herculis, vel, ut alii volunt, Strymonis Thracum regis filio nomen adepta, quae describitur a Xenophonte Lib. v. H. Gr. p. 433. A Lacedaemoniis saepius obsessa fuit, V. p. 438, 439, 440, 441, 442. sui semper juris fuit, donec a Philippo Macedone fuit eversa. V. Interpr. ad Curt. Lib. VIII. cap. 8. 9. 19. Alia de hac urbe proferunt Interpr. ad Stephanum de urb. & pop. in voce *Olynthus.*

que per Thebas faceret, arcem oppidi,
quae Cadmea nominatur, 1 occupavit
inpulſu perpaucorum Thebanorum, qui
adverſariae factioni quo facilius reſiſte-
3 rent, Laconum rebus ſtudebant: idque
ſuo privato, non publico, fecit conſilio.
Quo facto eum Lacedaemonii 2 ab exer-
citu removerunt, pecuniaque mulctarunt:
neque eo magis arcem Thebanis reddide-
runt,

1 *Arcem occupavit.*] Theſmophoriis. V. Plut. in Pelop. p. 280. & Xenophon. L. v. H. Gr. p. 435.

2 *Ab exercitu removerunt.*] Huic ſubſtituerunt Lyſanoridem. v. Weſſ. ad Diod. Sicul. L. xv. cap. 20. ubi & de mulcta Phoebidae inpoſita. Hic Phoebidas morte fuiſſet mulctatus, niſi hanc poenam deprecatus fuiſſet Ageſilaus, v. Plut. Praec. Polit. T. II. p. 807. & T. I. in Ages. p. 608. qui Phoebidae hoc in mandatis occultis dediſſe a nonnullis Spartiatis credebatur v. Plut. l. l. p. 608. 609. itaque Diod. Sicul. l. l. dicens τοῖς ἡγεμόσιν οἱ Σπαρτιᾶται παρήγγελλον ἐν ἀποῤῥήτοις, *ut per occaſionem Cadmeam occuparent*, potuit reſpicere occultum hoc Ageſilai juſſum. Quidquid ſit, hoc facinus Phoebidae ultimo ſupplicio ideo non adfecti Spartanos conjecit in funeſtum illud bellum Leuctricum. V. Plut. in Praec. Polit. T. II. p. 808. Ipſe Phoebidas poſtea ab Ageſilao Theſpiis praefectus a Thebanis, licet fortiter pugnans, interfectus eſt. V. Xenophont. L. v. H. Gr. p. 448, 449. Diod. Sicul. xv. cap. 33. & Plut. in Pelop. p. 285.

runt, quod, subceptis inimicitiis, satius du-
cebant, eos obsideri, quam liberari. Nam
post Peloponnesium bellum, Athenasque
devictas, 1 cum Thebanis sibi rem esse
existimabant: & eos esse solos, qui ad-
versus resistere auderent. Hac mente ami- 4
cis suis summas potestates dederant, al-
teriusque factionis principes partim inter-
fecerant, alios in exilium ejecerant: in
quibus Pelopidas hic, de quo scribere
exorsi sumus, pulsus patria carebat.

CAPUT II.

Hi omnes fere Athenas se contulerant, 1
non quo sequerentur otium, sed,
ut, quemque ex proximo locum fors ob-
tulisset, eo patriam recuperare niterentur.
Itaque, quum tempus est visum rei geren- 2
dae, communiter cum his, qui Thebis
idem sentiebant, diem delegerunt, ad ini-
micos obprimendos, civitatemque libe-
randam, eum, quo maximi magistratus
simul consueverant epulari. Magnae sae- 3
pe res non ita magnis copiis sunt gestae:
sed

1 *Cum Thebanis*] Boeotia urbibus, & viris fortibus abundabat, cujus Thebae, urbs severitatis antiquae (v. Justin. VII, 5.) & pristina dignitate conspicua, velut arx & propugnaculum erat. V. Diod. Sicul. L. XV. cap. 20.

ſed profecto numquam ab tam tenui initio tantae opes ſunt profligatae. Nam duodecim adoleſcentuli coierunt ex his, qui exſilio erant mulctati, quum omnino non eſſent amplius centum, qui tanto ſe offerrent periculo. qua paucitate perculſa
4 eſt Lacedaemoniorum potentia. Hi enim non magis adverſariorum factioni, quam Spartanis, eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Graeciae. quorum imperii majeſtas, neque ita multo poſt, Leuctrica pugna, ab hoc initio per-
5 culſa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, quum Athenis interdiu exiſſent, ut veſperaſcente coelo Thebas poſſent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, veſtitu agreſti, quo minore ſubſpicione facerent iter. qui, quum tempore ipſo, quo ſtuduerant, perveniſſent, domum Charonis devenerunt, a quo & tempus & dies erat datus.

CAPUT III.

1 Hoc loco libet interponere, etſi ſejunctum ab re poſita eſt, nimia fiducia quantae calamitati ſoleat eſſe. Nam magiſtratuum Thebanorum ſtatim ad aures pervenit, exſules in urbem deveniſſe. Id illi, vino epuliſque dediti, usque eo do-

despexerunt, ut ne quaerere quidem de tanta re laborarint. Adcessit etiam, quod 2
magis aperiret eorum dementiam. Adlata est enim epistola Athenis 1 ab Archia, hierophante, Archiae, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectione exsulum perscripta erant. quae quum jam adcubanti in convivio esset data, 2 sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens; *in crastinum*, inquit, *differo res serias.* At 3
illi omnes, quum jam nox processisset, vinolenti ab exsulibus duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum, qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberaverunt, auctores Cad-

1 *Ab Archia, hierophante, Archiae.*] Vide Plut. in de genio Socratis p. 594, 595, 596. & T. 1. in Pelop. p. 281. & Xenophontem Lib. v. p. 443, 444. fusius hanc historiam narrantes. levius hanc rem tetigit Diodorus Siculus Lib. xv. cap. 25.

2 *Sicut erat signata.*] Ita legendum. Curtius, qui nostrum imitari solet, Lib. VII. cap. 5. §. 12. dicit, *Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito.* Vide cl. Oudendorp. ad Hirtium de B. Africano cap. 4. p. 852. cum Dukero ad Livium Lib. XXIII. cap. 4. p. 572. lego mox *serias* pro *severas.*

Cadmeae occupandae partim occiderunt, partim in exsilium ejecerunt.

CAPUT IV.

1 Hoc tam turbido tempore, sicut supra docuimus, Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque haec liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidae: ceterae fere omnes communes cum Epami-
2 nonda. Namque 1 Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux 1 delectae manus, quae prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus praeterea pe-
3 riculis adfuit. Sicut Spartam quum oppu-

1 *Leuctrica pugna.*] Ita lego. V. Cl. Oud. ad Caesarem, L. II. B. G. cap. I.

2 *Delectae manus.*] Id est celeberrimae istius *sacrae cohortis*, quae constabat e tribus conjuratorum amatorum centuriis, ideoque a Graecis dicta est λόχος ἱερὸς V. Spanhem. ad Juliani Imp. Orat. I. p. 237. De hujus virtute & constantia Athenaeus Lib. XIII. cap. 2. p. 561. Haec cohors instituta dicitur ab Epaminonda. Vide cap. 8. ejusdem libri p. 602. Plutarchus in Pelop. p. 287. a Gorgida institutam ait, & Polyaenus Lib. II. Strateg. cap. 5. §. 2. ubi pro *Gorgias* etiam *Gorgidas* sive Graece Γοργίδας legit Casaub. De hac sacra cohorte Xenophon in Convivio p. 709. & Periz. ad Aelian. III. V. H. 9.

pugnavit, alterum tenuit cornu: quoque Messena celerius restitueretur, legatus in Persas est profectus. Denique haec fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondae.

CAPUT V.

Conflictatus autem est cum adversa 1
fortuna. Nam & initio, sicut ostendimus, exsul patria caruit: & quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere; legationisque jure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset, a tyranno Alexandro Pheraeo simul cum 1 Ismenia com-

1 *Ismenia.*] Varii fuerunt Ismeniae. Fuit Ismenias tibicen, non Thebanus, ut male eum vocat Jac. Nic. Loensis Lib. VI. Epiphyll. cap. 8. forsan secutus Plutarchum in Demetrio p. 889. ibi pro Θηβαῖος etiam Θισβαῖος legendum est; sed Thisbaeus. Vide Stephanum de Urbib. in v. Θίσβη. & Periz. ad Aelian. L. IV. V. H. c. 16. Fuit & Ismenias, pictor Chalcidensis, de quo Plut. in X. Orat. T. II. p 843. Sed hic noster ille Ismenias fuit dux Thebanorum ἀνὴρ θαυμαζόμενος ἐπ' ἀρετῇ vocatus a Diodoro Siculo Lib. XV. cap. 71. Hic cum Pelopida a Thebanis in Thessaliam miserrime ab Alexandro Pheraeo vexatam missus una cum eodem ab illo tyranno in vincula conjectus est, & postea ab

comprehensus, in vincula conjectus est.
2 Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post id factum, numquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliae proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cu-
3 jus belli quum ei summa esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac conspexit hostem, con-

ab Epaminonda liberatus. quam historiam latissime narrat Plutarchus in Pelopida pag. 92, 93. (qui p. 92. refert Philippum Thebis obsidem, Pammenis hospitio fuisse usum, & hinc Epaminondae aemulum dictum, licet moribus illi viro valde dissimilem. Sed non una cum Epaminonda. id quod confuse narrat Lambinus ad Epaminondae Vitam cap. 2. Haec h. l. repeto, quia iis, quae ad illum locum notavi, addere de Pammene omisi.) Idem Ismenias legationem ad Artaxerxem Mnemonem una cum Pelopida pro sua patria obiit, & specie quidem, id est, annulo, quem digito detractum clam adjecerat ad pedes, sublato, adorare videbatur procumbens; sed revera eum Persarum more non est veneratus. V. Brisson. L. 1. de R. P. cap. 21. sive Plut. in Artaxerxe p. 1022. & Periz. ad Aelian. 1. V. H. 21. Hic fuit ditissimus. Unde a Plutarcho T. II. de Cupidit. Divitiar. p. 527. vocatur εὐπορώτατος Θηβαίων. de quo Justinus dicit L. V. cap. 9. *Ismenias Thebanorum princeps etsi publicis non poterat, privatis tamen viribus adjuvabat.* ubi *vires* sunt divitiae, v. Justin. L. XXXI.

confligere. In quo praelio Alexandrum 4
ut animadvertit, incensus ira equum in
eum concitavit, proculque degressus a
suis, conjectu telorum confossus conci-
dit. Atque hoc secunda victoria accidit.
nam jam inclinatae erant tyrannorum co-
piae. Quo facto, omnes Thessaliae civi 5
tates interfectum Pelopidam coronis au-
reis & statuis aeneis, liberosque ejus mul-
to agro donarunt.

L. XXXI. cap. 4. & Horat. L. IV. Od. 8. dixit *sed non haec mihi vis:* &c. Divitias acceperat a Rege Persarum Artaxerxe, qui eum ad Graecos adversus Lacedaemonios concitandos auro corruperat. V. Pausan. L. III. cap. 9. p. 227. Aenianas, & Athamanas a Lacedaemoniis ut desciscerent, hortatus est. V. Diodor. Sicul. L. XIV. cap. 82. postea a Lacedaemoniis vivus captus, & Judicum subfragiis morte mulctatus est. V. Xenophontem L. V. Hist. Graec. p. 436, 437. & Plut. Pelop. p. 280. Frequens vero Virorum Thebanorum est nomen *Ismenias*, ab *Ismeno* fluvio Thebarum. V. Periz. ad Aelian. L. XII. V. H. c. 57.

XVII. AGESILAUS.

CAPUT I.

1 AGESILAUS LACEDAEMONIUS, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico conlaudatus est. Eo enim usus est familiarissime.
2 Hic primum de regno cum [1] Leotychide, fratris filio, habuit contentionem. Mos est enim a majoribus Lacedaemoniis traditus, ut [2] duos haberent semper reges, [3] nomine magis, quam

1 *Leotychide.*] De hac contentione v. Pausan. L. III. cap. 8 p. 224, 225.

2 *Duos haberent semper reges.*] Plures nationes duos simul habuere reges. De Parthis Strabo Lib. XI. p. 784. De Scepsiis L. XIII. p. 904. De Cadusiis Plut. in Artaxerxe p. 1023. De summa ejus prudentia, qui Laconibus duos reges, viginti octo Seniores, & Ephoros dedit, legendus Plato L. III. de legg. p. 813. & aliis locis a Spanhemio ad Juliani orat. I. p. 127. laudatis. Lacedaemonios imitati Romani duos consules crearunt, ut putat Dionysius Halicarn. L. IV. A. R. c. 73. p. 257.

3 *Nomine magis, quam imperio.*] Ditissimi erant Reges Lacedaemoniorum, quia maxima hisce pendebantur tributa a populo. V. Pla-

quam imperio, ex duabus familiis 1 Procli & Eurysthenis; qui principes ex 2 progenie Herculis Spartae reges fuerunt. Ha- 4
rum ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat. Itaque utraque suum retinebat ordinem. Primum ratio habebatur, qui maximus natu esset ex liberis ejus,

Plato. Alcib. p. 442. sed potestas eorum multis modis circumscripta erat. (v. Spanhem. ad Juliani Imp. Orat. 1. p. 126, 128, 129.) nempe Reip. summa erat penes seniores. de quibus Dionys. Halicarn. L. II. Ant. Rom. c. 14. & quae notavi ad Themist. cap. 7. quibus adde, quos laudat Bosius in Indice in voce *Ephori*.

1 *Procli & Eurysthenis.*] Domus Eurysthenis praeferebatur familiae Proclis propter primogenituram, ut Lacedaemonii referunt apud Herodotum Lib. VI. cap. 51, 52, 53, & seqq. apud Platonem Lib. III. de Legg. p. m. 88. pro Πατροκλῆς legendum Προκλῆς. sed hoc forsan alii jam viderunt. Ne autem Eurysthenis genus interiret, Seniores & Ephori jusserunt Anaxandridem praeter uxorem, quae sterilis erat, alteram ducere. V. Herodot. L. V. c. 39, 40. quae sterilis postea peperit. v. Pausaniam L. III. cap. 3. p. 211. qui unus ex omnibus Laconibus duas habuit uxores contra legem omnium Graecorum v. Periz. ad Aelian. XIII. V. H. 10.

2 *Ex progenie Herculis.*] Hinc publicae Ephororum custodiae Regum Uxores fuere traditae, ne ex alio, quam ex Heraclidis nasceretur Rex. v. Platon. Alcibiad. 1. p. 441. & Spanh. ad Julian. Imp. Orat. 1. p. 132.

ejus, qui regnans decessisset. sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur, qui proximus esset propinquitate.
4 Mortuus erat 1 Agis rex, frater Agesilai. filium reliquerat Leotychidem, quem ille natum non agnorat: eumdem moriens suum

1 *Agis Rex.*] Fuit filius Archidami, & Lampedonis, filiae Leotychidae, a quo hic noster Leotychides sine dubio nomen suum fuerit adeptus, natus e Timaea Agidis uxore, & Alcibiade, ergo non Heraclida. neque ei jus ad regnum erat. Sed inprimis Agesilaus Leotychidae praelatus est, responso oraculi, quod Lysander in favorem Agesilai interpretabatur. V. Platon. in Alcib. I. p. 442. Xenophont. L. III. H. Gr. p. 384, 385. Plut. in Alcib. p. 203. in Lysandro p. 446. & T. II. p. 805. Athenaeum L. XII. cap. 9. p. 535. & toties jam laudatum Spanhemium ad Juliani Imp. Orat. I. p. 132. B. sed Pausanias, id quod & alii adnotarunt, L. III. cap. 8. p. 224. Leotychidae injuriam factam adfirmat, quippe ex Agide genito. Ad haec Agesilao omnia, quae Agis reliquerat, bona publice adjudicata sunt, quorum dimidiam partem matris suae propinquis divisit, quia videbat; eos cum egestate conluctari. V. Plut. in Agesilao p. 597. & Xenophont. de Agesilao p. 526. qui licet in initio orationis de Agesilao, sive p. 515. nullam faciat mentionem de Lysandri subfragio, ut Lambinus ad h. l. notat, non tamen sibi obloquitur; scriptores enim de eadem re saepius agentes, non semper & ubique omnia repetere solent. inprimis Xenophon adcuratius describit res ab Age-

ſuum eſſe dixerat. Is de honore regni cum Ageſilao ſuo patruo contendit: neque id, quod petivit, conſecutus eſt. Nam Lyſandro ſubfragante, homine, ut oſtendimus ſupra, factioſo, & his temporibus potente, Ageſilaus antelatus eſt.

CAPUT II.

Hic ſimulatque imperii potitus eſt, 1
1 perſuaſit Lacedaemoniis, ut exercitum 2 emitterent in Aſiam, 3 bellumque

Ageſilao geſtas in Hiſt. Gr. quam in Oratione vel Hiſtoria de Ageſilao. vide Boſium vel potius Lambinum ad caput 2. ad verba *perſuaſit Lacedaemoniis* ſed ad rem. Ageſilaus, licet alioquin juſtiſſimus, aequiſſimus, & gratiſſimus, Lyſandrum tamen, a quo auctus & adjutus fuerat, deſerere fuit coactus. Cauſſam docet Plutarchus in Praeceptis Politic. p. 805. & in Ageſilao p. 447.

1 *Perſuaſit Lacedaemoniis*] Ita haec narrat Pauſanias Lib. III. cap. 9. Βασιλεύς τε δὴ Ἀγησίλαος ὁ Ἀρχιδάμου καὶ Λακεδαιμονίους ἤρετε διαβῆναι ναυσὶν ἐς τὴν Ἀσίαν Ἀρταξέρξην τὸν Δαρείου αἱρήσοντας, ἐδιδάσκοντο γὰρ ὑπότε ἄλλων τῶν ἐν τέλει, καὶ μάλιστα ὑπὸ Λυσάνδρου, μὴ τὸν Ἀρταξέρξην σφίσιν ἐν τῷ πρὸς Ἀθηναίους πολέμῳ, Κῦρον δὲ εἶναι τὸν τὰ χρήματα διδόντα ἐν τὰς ναῦς. Vide Lambinum ad h. l.

2 *Emitterent.*] Proprium in hac re verbum. Sic paſſim apud Livium *emittere equitem in hoſtem*. v. Lib. IV. cap. 18. & Gron. ac Drak. ad Lib. X. cap. 5.

que 1 Regi facerent: docens, satius esse
in Asia, quam in Europa dimicari.
Namque fama exierat, Artaxerxem comparare classis, 2 pedestrisque exercitus,
2 quos in Graeciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate usus est, ut 3 prius in
Asiam cum copiis perveniret, quam regii satrapae eum scirent profectum. Quo
factum est, ut omnes inparatos inpru-
3 dentesque obsenderet. Id ut cognovit Tissapher-

3 *Bellum facerent.*] Hanc frasin restituit cl. Oudendorp J. Caesari L. v. B. G. cap. 22. p. 239.

1 *Regi.*] De hoc Persarum regis titulo ad h. l. satis egi. quibus adde Stanlei ad Aeschyli Persas vs. 24. qui caussam tituli, quo *Rex regum* vocabatur, eam fuisse dicit, quod rex Persarum plures reges sibi subditos haberet. sed audi Platonem L. III. de Legg. p. 816. de Dario agentem· καὶ σχεδὸν ἐκ γετοσέτε βασιλεὺς ἐν Πέρσαις ἐδεὶς πω μέγας γέγονεν ἀληθῶς, πλήνγε ὀνόματι.

2 *Pedestresque exercitus*] Jam dudum a doctis observatum est, vocem *Pedestris* a Latinis pro *terrestri* poni, uti in Indice Bosii, & a Davisio & Oudendorpio ad A. Hirtium de Bello Alex. cap. 26. sed sciendum est, Romanos ita loquentes imitari Graecos. Sic Xenophon dixit in Agesilao p. 515. Βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν, καὶ πεζὸν πολὺ στράτευμα.

3 *Prius in Asiam cum copiis perveniret.*] Haec erat Agesilai consuetudo. Sic enim uno die bidui iter confecit, cum adversus Thebanos belligeraret. V. Xenophont. L. v. H. Gr. p. 449.

ſaphernes, qui ſummum imperium tum
inter praefectos habebat regios, inducias
a Lacone petivit, ſimulans, ſe dare ope-
ram, ut Lacedaemoniis cum Rege conve-
niret: re autem vera, ad copias compa-
randas: easque impetravit trimeſtres. Ju 4
ravit autem uterque, ſe ſine dolo indu-
cias conſervaturum. in qua pactione ſumma
fide manſit Ageſilaus: contra ea Tiſſapher-
nes nihil aliud quam bellum comparavit.
Id etſi ſentiebat Laco, tamen jusjurandum 5
ſervabat, multumque in eo ſe conſequi
dicebat, quod 1 Tiſſaphernes perjurio ſuo
&

1 *Tiſſaphernes perjurio ſuo*] Moris erat Barbaris violare fidem. notum eſt *commentum Thracicum*, quod in proverbium abiit. v. Strabon. Lib. IX. p. 616. Non vero ſolus Ageſilaus, ſed & alii Graeci ſolo omnia videntis & ſcientis, quem ipſi ignorabant, ideoque plures pro uno colebant, Dei metu ab omni perjurio fuere deterriti. De Socrate v. Xenophont. L. 1. Memorab. p. 561, 562. Romanis quoque ſumma foederum fuit relligio v. Florum L. II. cap. 6. unde Mettium Fuſſetium Albanum horrendo ſupplicio adſecerunt, propter violatam fidem. V. Livium Lib. 1. cap. 28. & A. Gellium Lib. XX. cap. 1. Caeterum maxima horum verborum pars deſumta eſſe videtur e Xenophonte H. Gr. p. 388. & in Ageſilao p. 516. cujus verba fere deſcripſit Polyaenus Lib. II. cap. 1. §. 9. Haec quoque vidit Lambinus. Plutarchus vero in Ageſilao p. 600. nullam de hoc Ageſilai dicto facit mentionem, ne-

& homines suis rebus abalienaret, & deos sibi iratos redderet: se autem servata religione confirmare exercitum, quum animadverteret, deorum numen facere secum, hominesque sibi conciliari amiciores, quod his studere consuessent, quos conservare fidem viderent.

CAPUT III.

1 Postquam induciarum praeteriit dies. Barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in 1 Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostes impetum facturos: omnes suas copias eo
2 contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna praeda militibus locupletatis, Ephesum hiematum exercitum reduxit: atque ibi officinis armorum institu-

que etiam T. II. in Apophth. Lacon. p. 209. Ethnici vero tam Graeci, quam Romani perjurio, Deos sibi iratos & inimicos sese reddere credebant. V. Xenophont. L. III. Exp. Cyri p. 233. & de M. Coriolano Dionys. Halicarn. Lib. VIII. A. R. cap. 2. p. 464.

1 *Caria*] Xenophon in Agesilao p. 516. ait Ἐπὶ Καρίαν προεῖπεν ἀγορὰν παρασκευάζειν.

tutis, 1 magna industria bellum adparavit. & quo studiosius armarentur, insigniusque ornarentur, praemia proposuit, quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuisset industria. Fecit idem in exercitationum generibus, ut, qui ceteris praestitissent, eos magnis adficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut & ornatissimum & exercitatissimum haberet 3
exercitum. Huic quum tempus esset visum, copias extrahere ex 2 hibernaculis: vidit, si, quo esset iter facturus, palam pronuntiasset, hostes non credituros, aliasque regiones praesidiis occupaturos, nec dubitaturos, aliud esse facturum, ac pronuntiasset. Itaque quum ille 4
Sar- 5

1 *Magna industria.*] A viris doctis ad h. l. recte observatum est, Agesilaum, equestres quoque Ephesi copias sibi instruentem, ne in fuga dimicare cogeretur, ditissimis militiae vacationem promisisse, si sibi singuli equum cum strenuo sessore suppeditarent, e Xenophonte Lib. III. H. Gr. p. 389. & in Agesilao p. 517, 518. Plut. in Agesilao p. 600. qui T. II. p. 209. in Apopth. Lac. addit, Agesilaum dixisse, se in eo imitatum esse Agamemnonem, qui ignavum & divitem, accepta bona equa, militiae inmunem fecisset; nempe Echepolum, Anchisae filium Sicyonium, de quo Homerus Il. Ψ. vs. 295, 296, 297, 298, 299.

2 *Hibernaculis.*] Pro hibernis. v. cl. Oudendorp. ad J. Caesarem L. II. B. Gall. cap. 35.

Sardis iturum se dixisset, Tissaphernes eamdem Cariam defendendam putavit. In quo quum eum opinio fefellisset, victumque se vidisset consilio: sero suis praesidio profectus est. nam quum illo venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis,
6 magna erat praeda potitus. Laco autem, quum videret, hostes equitatu superare, numquam in campo sui fecit potestatem, & his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiae valerent. Pepulit ergo, quotiescumque congressus est, multo majores adversariorum copias; & sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.

CAPUT IV.

1 Hic quum jam animo meditaretur proficisci in Persas, & ipsum Regem adoriri, 1 nuntius ei domo venit ephorum

1 *Nuntius ei domo venit.*] Ad hujus loci illustrationem facit unice locus Plutarchi in Artaxerxe p. 1021. Artaxerxes, ut refert Plutarchus, Tissapherne ab Agesilao devicto, & civitatibus ad defectionem inpulsis, sibi suoque regno veritus (neque id injuria, vide Diodor. Siculum Lib. xv. cap. 31.) misit Hermocratem Rhodium, qui ingenti auri vi Graeciae principes conrumperet, & in Lacedaemonios concitaret, id quod Hermocrati ex

rum missu, bellum Athenienses, & Boeotios indixisse Lacedaemoniis: quare venire non dubitaret. In hoc non minus 2 [ejus] pietas subspicienda est, quam virtus bellica: qui, quum victori praeesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, 1 tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium ma-

ex voto cessit. Hinc Lacedaemonii, tanto bello premendi, Agesilaum ex Asia revocarunt. Sunt, qui dicant, secundum eumdem Plutarchum, Agesilaum Asia egressum amicis suis dixisse, ὡς τρισμυρίοις, τοξόταις ἐξελαύνοιτο τῆς Ἀσίας ὑπὸ βασιλέως, τὸ γὰρ Περσικὸν νόμισμα τοξότην ἐπίσημον εἶχεν. Idem in Agesilao p. 604. Τοῦ δὲ Περσικοῦ νομίσματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος ἀναζευγνύων ὑπὸ βασιλέως ἐξελαύνεσθαι τῆς Ἀσίας. Τοσούτων γὰρ εἰς Ἀθήνας καὶ Θήβας κομισθέντων, καὶ διαδοθέντων τοῖς δημαγωγοῖς ἐξεπολεμώθησαν οἱ δῆμοι πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας. Sed pro *Hermocrate*, *Timocratem* eum vocat T. II. Apopht. Lac. p. 211. Itaque in vita Artaxerxis pro *Hermocratem* legendum est *Timocratem*. e Xenophonte L. III. H. Gr. p. 392. & Pausania Lib. III. cap. 9. p. 227. De Agesilai consilio Persas bello pressos domandi, & Graecos in libertatem vindicandi v. Isocratem apud Photium p. 333. & de hac historia Xenophontem L. IV. H. Gr. p. 400.

1 *Tanta modestia.*] Imo necessitate coactus; nisi morte mulctari voluisset ab Ephoris. Vide de Clearcho, Ephoris ipsum revocantibus non obsecuto, Xenophont. L. II. Exp. Cyri p. 228. Reges enim velut Ephororum nomine bella ge-

 re-

magistratuum, ut si privatus in comitio
2 esset Spartae. cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent! sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno praeposuit bonam existimationem, multoque gloriosius duxit, si institutis patriae paruisset, quam si bello superasset Asiam.

rebant. ipsique Ephori bella hostibus indicebant; duoque ex Ephoris Regem in hostes emissum comitabantur. Adhaec Agesilao in Asiam profecto triginta Spartani adjuncti erant ab Ephoris v. Xenophont. L. II. H. Gr. p. 373. L. III. p. 383. & L. v. p. 439. Itaque recte quidem dici potest Laconicis legibus libenter voluisse parere, ut de eo testatur Xenophon p. 515. (qui cum Agesilao in Asia fuit. v. Diogen. Laërt. II, 51. cum nota Aldobrandini) ἑλόμενος ἀντὶ τοῦ μέγιστος εἶναι ἐν τῇ Ἀσίᾳ, οἴκοι τὰ νόμιμα μὲν ἄρχειν, τὰ νόμιμα δὲ ἄρχεσθαι. attamen hanc obedientiam regium munus ab eo postulabat. Neque etiam Romae J. Caesar anterioribus temporibus contra leges exercitum retinere fuisset ausus, sed tum temporis mobile vulgus & incertum, scissum erat in studia Reip. saluberrimis optimatum sententiis contraria; Caesarisque, qui quovis largitionis, & officiorum genere plebejum ordinem jam suum reddiderat, partes secutum, multum de senatus auctoritate detraxerat, & sic Julio viam sibi totique Reip. postea exitiosam ad tyrannidem munierat. Recte autem docti ad h. l. observant, per nostros imperatores intelligi Imperatores Romanos, inprimis C. J. Caesarem.

Asiam. Hac igitur mente 1 Hellespontum copias trajecit, tantaque usus est celeritate, ut, quod iter Xerxes anno vertente confecerat, hic transierit triginta diebus. Quum jam haud ita longe ab 4
esset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses, & Boeotii, ceterique eorum socii apud Coroneam: quos omnes gravi praelio vicit. Hujus victoriae vel 6
maxima fuit laus, quod quum plerique ex fuga se in templum 2 Minervae conjecis-

Sic Romani dicunt *jus nostrum* pro jure Romano, & ita Terent. Eun. A. II. Sc. 3. vs. 21. *Haud similis virgo est virginum nostrarum* ubi vide Donat. Cicero L. II. de Offic. cap. 15. *quod a nostris hominibus saepe usurpatum* i. e. Romanis v. Munck. ad Hygin. L. II. A. P. c. 17.

1 *Hellespontum*,] Prope quem quum barbaros bello premeret, Persas pretiosis vestibus ornatos, & ita corporis viribus inutiles, exuere, & nudos vendere jussit. V. Xenophont. in Agesilao p. 518. & Athenaeum L. XII. c. 12. p. 550.

2 *Minervae.*] Nempe Itoniae, ut jam viderunt alii. sed errat Lambinus, vel saltim non recte distinguit. Itoniae Minervae templum erat in Boeotiae urbe Coronea. V. Schol. Apoll. Rh. I. Arg. vs. 551. quae Minerva cognominata est Itonia ab Itonia Minerva, quae colitur in Thessalia. v. eund. ad vs. 721. cum Casaub ad Strabon. L. IX. p. 631. Dicta est ab Itono sacerdote, ut Schol. ait. qui Itonus fuit filius Amphictyonis. V. Pausan. L. V. cap. 1. p. 375. L. IX. c. 1. p. 711. cap. 34.

jecissent, quaereretur que ab eo, quid his fieri vellet; etsi aliquot vulnera acceperat eo praelio, & iratus videbatur omnibus, qui adversus arma tulerant; tamen antetulit irae religionem; & eos vetuit
7 violari. Neque vero hoc solum in Graecia fecit, ut templa deorum sancta haberet: sed etiam apud barbaros summa religione omnia simulacra, arasque conser-
8 vavit. Itaque praedicabat, mirari se, non
1 sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent: aut non gravioribus poenis adfici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent.

CAPUT V.

1 Post hoc praelium, conlatum est omne bellum circa Corinthum, ideoque
2 2 Corinthium est appellatum. Hic quum una

p. 778. & cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. IV. cap. 67. Xenophon L. IV. H. Gr. p. 406 dixit, τῶν πολεμίων ὡς ὀγδοήκοντα σὺν ὅπλοις ὑπὸ τῷ νεῷ εἰσι. De Agesilai hac religione idem in Agesilao p. 532. Praelio huic adfuisse videtur Xenophon, ex Asia in Boeotiam profectum Agesilaum comitatus. V. Xenophont. L. V. Exp. Cyri p. 274.

1 *Sacrilegorum numero haberi.*] De hac locutione cl. Oudendorp. ad J. Caesar. L. VI. B. G. c. 6.

2 *Corinthium bellum.*] V. Xenophont. L. IV. H. G.

una pugna decem millia hostium Agesilao duce cecidissent: eoque facto opes adversariorum debilitatae viderentur: tantum absfuit ab insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a se victi vitio adversariorum concidissent: namque illa multitudine, si sana mens esset, 1 Graeciae supplicium Persas dare potuisse. Idem quum adver- 3
sarios intra moenia compulisset, &, ut Corinthum obpugnaret, multi hortarentur: negavit, id suae virtuti convenire. se enim eum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non, qui urbes nobilissimas expugnaret Graeciae. nam, si, in- 4
quit, eos exstinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt, nosmet ipsi nos expugnaverimus, illis quiescentibus, quo facto, sine negotio, quum voluerint, nos obpriment.

H. Gr. p. 407, 408. & seq. & Pausan. L. III. c. 9. p. 228. Hoc bellum octo annos duravit pace Antalcidae compositum. V. cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. XIV. c. 86.

1 *Graeciae supplicium Persas dare potuisse.*] V. Xenophont. in Agesilao p. 529. Lege Mettii Fuffetii orationem ad Romanos apud Dionys. Halicarn. L. III. A. R. cap. 8. Si modo inter Athenienses & Lacedaemonios semper bene convenisset, Persae dudum fuissent domiti. vide modo Diod. Sicul. L. XI. c. 23., 29. sed jam alibi de hac veritate satis.

CAPUT. VI.

1 Interim accidit illa calamitas apud Leu-
ctra Lacedaemoniis: quo ne profici-
sceretur, quum a plerisque ad exeundum
premeretur, ut si de exitu divinaret, exi-
re noluit. Idem quum, Epaminondas Spar-
tam obpugnaret, essetque 1 sine muris
oppidum, talem se imperatorem prae-
buit; ut eo tempore omnibus adparuerit,
nisi ille fuisset, Spartam futuram non
2 fuisse. In quo quidem discrimine celeri-
tas ejus consilii saluti fuit universis. Nam,
quum quidam adolescentuli, hostium ad-
ventu perterriti, ad Thebanos transfuge-
re vellent, & locum extra urbem editum
cepissent, Agesilaus, qui perniciosissimum
fore videret, si animadversum esset,
quemquam ad hostes transfugere conari,
cum suis eo venit, atque, ut si bono
animo fecissent, laudavit consilium eorum,
quod eum locum occupassent, & se id
quo-

1 *Sine muris oppidum.*] Xenophon in Agesilao. p. 524. ὅμως διεφύλαξε τὴν πόλιν, καὶ ταῦτα ἀτείχιστον οὖσαν. in L. VII. H. Gr. p. 503. de Epaminonda ἔλαβεν αὐτὴν πόλιν, ὥσπερ νεοττιὰν παντάπασιν ἔρημον τῶν ἀμυνουμένων. Vide & p. 504. De Sparta, moenibus non munita, multi multa, quibus adde Drakenb. ad Livium XXXIX, 37.

quoque fieri debere animadvertisse. Sic 3
adolescentulos simulata laudatione recuperavit, & adjunctis de suis comitibus locum tutum reliquit. Namque illi, aucto numero eorum, qui expertes erant consilii, commovere se non sunt ausi, eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quae cogitarant.

CAPUT VII.

Sine dubio 1 post Leuctricam pugnam 2
Lacedaemonii se numquam refecerunt,

1 *Post Leuctricam pugnam.*] Lacedaemonii antea invicti, ut docet Pausanias Lib. I. c. 13. p. 32. terraque ac mari duces fuerunt, non per nefas; sed sola sua virtute, & rei militaris scientia. vide Lysiae orationem apud Dionys. Halicarnass. T. II. p. 147. sed postea susque deque habentes, quocumque modo suam Spartam amplificarent, (v. Plut. in Agesilao p. 617.) injuste imperarunt; ideoque ab omnibus fere sociis repente fuerunt deserti, qui sese otiosos Leuctricae calamitatis praebuerunt spectatores. V. Ciceron. L. II. de Offic. cap. 7. in f. Ad haec Thebani, a Lacedaemoniis indigne habiti; (vid. Xenophont. L. V. H. Gr. p. 442. & L. VI. p. 462.) sed continuo a Lacedaemoniis dimicare coacti, evaserant rei militaris peritiores; id quod Agesilao objecit Antalcidas v. Plut. in Pelopid. p. 285. & in Agesilao p. 610. & T. II. Apopht. Lac. p. 213. Praeterea Lacedomonios merito plecti in sinu gaudebant Graeci, quippe Thebanis, caete-

runt, neque pristinum imperium recuperarunt: quum interim Agesilaus non destitit,

risque Graecis alta mente reposita manebat pax ista Antalcidae, cum Artaxerxe per Antalcidam Leontis filium, Spartanum (v. Pausan. L. IX. cap. I. p. 712. & c. 13. p. 735.) iniquissimis Graecorum nationi, in Asia habitanti, imo singulis Graecis, & Thebanorum civitati perniciosissimis conditionibus facta. Vide Xenophont. Lib. V. H. G. p. 430, 431. & L. VI. p. 464. Plut. in Artaxerxe p. 1022. & in Agesilao p. 608. Diod. Siculum Lib. XIV. cap. 110. & Periz. ad Aelian. Lib. XIV. V. H. c. 39. Caeterum haec clades Lacedaemoniis tanto gravior cecidit; quanto Thebanis fuit gloriosior, quia Thebani a Lacedaemoniis ante victoriam jam fere triumphum canentibus bello fuere lacessiti. vide Diod. Sicul. L. XV. cap. 50, 51, 52. & seqq. De hac clade pluribus egerunt Isocrates in Panathen. p. 383. & Dionys. Halicarn. Lib. II. A. R. c. 16. qui ait, in hoc praelio amisisse Spartanos mille & septingentos milites, ad haec imperium cum ignominia, additque, ut noster Nepos, eos sese numquam potuisse reficere. Plut. T. II. Apophth. p. 193. memorat, Spartanorum plus mille cecidisse. sed Arrianus L. I. E. A. M. c. 9. negat, magnum caesorum fuisse numerum. Diodorus Siculus L. XV. cap. 63. narrat, Spartanos ad Leuctra praecipuum juventutis robur desiderasse, additque, item Xenophon L. VI. H. Gr. p. 476. eos etiam oppidanorum militum inopia laborantes, quum Boeotii cum adscitis sibi sociis totam Laconiam vastare decreverant, Atheniensium, infestissimorum sibi hostium implorasse opem, quam illis nil tale

ſtitit, quibuscumque rebus poſſet, 1 patriam juvare. Nam quum praecipue Lacedaemonii indigerent pecunia: ille omnibus, qui a Rege defecerant, praeſidio fuit. 2

le meritis adtulerunt. Omnes enim Graeci, exceptis Phliaſiis, qui in fide manſerunt, a Spartanis defecerant. V. Xenophont. L. VII. H. Gr. p. 488. Primam poſt calamitatem Leuctricam reportarunt victoriam ab Arcadibus. V. Diod. Sicul. l. l. cap. 72. cum cl. Weſſelingii nota, qua victoria nuntiata, lacrimae Ageſilao, Senioribus, Ephoris, & caeteris Spartanis prae gaudio fuere obortae. V. Xenophont. Lib VII. H. Gr. p. 485. Verum tamen eſt, Spartanos ſuum in Graecos imperium recuperaſſe numquam poſt cladem ad Leuctra & Mantineam acceptam, quamquam alieno numquam paruerint imperio, ne quidem Alexandri Macedonis, licet totius Graeciae imperio potiti. (Vide Euſebium e Dexippo L. I. Chronic. p. 57.) quamquam poſt Alexandri obitum a majoribus magnopere degenerantes murum Spartae circumdederunt ſibi a Caſſandro, multis Graecorum civitatibus bellum inferente timentes. V. Juſtin. L. XIV. cap. 5. donec Romanorum ditioni fuere ſubjecti, a quibus quoque ſummo honore fuere adfecti ob praeſtantem Reip. formam. V. Strabon. L. IX. p. 635.

1 *Patriam juvare.*] Hoc verum eſt; ſed Nepos. omittit addere, id tamen cum omnibus Regibus Ageſilao fuiſſe commune, ut regiae ſuae dignitatis auctoritatem & potentiam augere conaretur; hinc ut ſuos ſibi redderet & conciliaret ſenatores, ſemper bovem dono mittebat

fuit. a quibus magna donatus pecunia,
3 patriam sublevavit. Atque in hoc illud inprimis fuit admirabile, quum maxima munera ei ab regibus, & dynastis, civitatibusque conferrentur, nihil umquam (in) domum suam contulit, nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit.
4 Domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes progenitor majorum suorum fuerat usus; quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae videre poterat: contra, plurima patientiae, atque abstinentiae. Sic enim erat instructa, ut nulla in re 1 differret cuivis inopis atque privati.

CAPUT VIII.

1 Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtu-

bat cuivis senatorum ordini adlecto. V. Plut. T. II. de Frat. Am. p. 482. Vel, ut T. I. in Agesilao p. 598. laenam & bovem dabat. unde Ephori, timentes Agesilai potentiam, mulctam ei inrogarunt: de quo prudenti Ephororum decreto v. Bernegg. ad Sueton. in J. Caesare cap. 19.

1 *Differret cuivis.*] Hic iterum Heusingerus in me & Bosium insurgit, quia *cuivis* non in *cujusvis* mutavimus, opinatus, *differre* ab hujus aetatis Historicis, aut oratoribus non cum dativo casu construi, sed, si viveret, meliora eum de-

virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo. 1 Nam & statura fuit humili, & corpore exiguo, & claudus alte-

doceret cl. Oudendorp ad C. J. Caesar. Lib. v. B. G. c. 14.

1 *Nam & statura fuit humili, & corpore exiguo, & claudus altero pede.*] Hic uti & aliis in locis meam diligentiam desiderat Heusingerus, quia non monui, in meis codicibus subpleantur, nec ne, quae in aliis desunt. sed defuncti manibus injuriam facere mihi relligio est, alioquin asperioribus verbis ei responderem; nam adnotavi in duobus codd. meis legi quoque *exiguo.* & si quid aliud defuisset, sine dubio notassem. Adhaec, lectio illa emendatior, & plenior e cod. Leid. utique Heusingeri judicio Nepoti restituenda, a Bosio jamdudum Nepoti reddita est. Quid igitur sibi volunt tales nugae? Adhaec dicit, me esse imitatum Lambinum, & Lambini similes, non vero Burmannum, & Drakenburgium, quia a Lambino & hujusmodi viris inspecti codices ab integro excutiendi sunt, si quis certo eorum testimonio fidere velit. Fateor, me non fecisse corpusvariantium lectionum, quae saepe e codicibus nullius momenti excerptae, & textui subtextae ad scriptores emendandos nihil conducunt; & Criticae artis ignaros ab editionis sub tanto Variarum Lectionum pondere gementis usu deterrent. Neque etiam Litteratorum ille Princeps P. Burmannus scriptores acerrimo suo judicio, quod summa cum eruditione conjunctum prudenti ac diligenti librorum manu scriptorum examine firmaverat, egregie inlustratos obruit unquam discrepantium Lectionum multitudine,

altero pede. Quae res etiam nonnullam adferebat deformitatem: atque ignoti faciem ejus quum intuerentur, contemnebant: qui autem virtutes noverant, non
2 poterant admirari satis. Quod ei usu venit, quum annorum octoginta subsidio 1 Tacho in Aegyptum ivisset, & 1 in

dine, summum Gronovium imitatus, qui Livio plus lucis adtulit, quám Drakenburgius, undique conquisitorum codicum Lectionibus coacervandis nimiam suam diligentiam ubivis ostentans, & propter inde auctum pretium suam hujus Historici editionem tironum manibus eximens. Lambini incuriam non laudo, Heusingero tamen eruditiorem esse, & in Graecorum rebus gestis, ac ritibus versatiorem adfirmo, ideoque cum hoc viro me comparari laudi mihi duco.

1 *Tacho.*] Ita scribendum. Hic fuit Rex Aegyptiorum, qui contra Persas, & eorum regem Artaxerxem bellum gessit, in quod conduxit aliquot Graecorum millia, quibus praefectus erat Agesilaus, sed qui, simul ac Agesilaum videbat, propter corporis brevitatem eum derisit, dicens, *parturiit mons, exterritus est Jupiter; sed genuit murem.* unde iratus Agesilaus, & aegre ferens, sibi promissum totius exercitus imperium a Tacho negari, a Nectanebis in Tachon insurgentis partibus stetit, & Lacedaemonios ad defectum impulit. & hinc Tachos, regno privatus, per Arabiam fugit ad Persarum regem, a quo veniam impetravit. pluribus haec memorant Theopompus, & Lyceas Naucratites apud Athenaeum L. XIV. cap. 1. p. 616. Perizonius ad Aelianum

1 in acta cum suis adcubuisset, sine ullo tecto: straturnque haberet tale, ut terra tecta

num L. v. V. H. cap. 1. & Wess. ad Diod. Sicul. L. xv. cap. 92. in eo ab Athenaeo differt Plutarchus in Agesilao p. 616, quod hic dicat, Agesilaum non ab ipso Tacho, sed ab Aegyptiis, in acta cum suis adcubantem contemplatis, ludibrio fuisse habitum. qui in ejus Apophthegm. T. II. p. 190, 191. nullam quoque de Agesilai ad Tachum responso φανήσεμαί σοί ποτὲ καὶ λέων facit mentionem. Caeterum hujus itineris ab omnibus non aeque laudati, (quia pretio conductus velut miles sese peregrino regi dediderat. v. Plut. l. l. in ejus vita) rationem reddit Xenophon in Agesilao p. 524. aliam vero Plut. in Apophth. Lac. T. II. p. 214.

1 *In acta.*] Vox Latinis usitata. v. cl. Burm. ad Virg. v. Aen. 613. Manut. & Graev. ad Ciceron. v. in Verrem. c. 31. Solebant vero Veteres, si quando vellent genio indulgere, riparum virides vestitus, & littorum amoenitates, sectari, quas Latini pariter, ac Graeci *actas* vocabant, unde illud vulgi sermone tritum σήμερον ἀκτάσωμεν, quoties sese liberalius invitabant. V. Casaub. ad Athenaeum Lib. XII. cap. 9. & Cerdam ad Virg. I. Aen. 622. Hinc Philonides medicus in Libro de coronis & unguentis narrat, casu quodam in littore inventi vini, quod aqua mixtum erat, suavitatem primam fuisse gustatam ac perceptam. Vide Athenaeum Lib. XV. cap. 5. p. 675. & inde vinum aqua miscere Veteres consuevisse. Hinc fabula nata de Bacchi fuga ad mare. V. Athenaeum L. I. cap. 2. p. 26. in f. quam inventionem Phrygibus adscrip-

tecta esset stramentis: neque huc amplius, quam pellis esset injecta: eodemque comites omnes adcubuissent, vestitu humili, atque obsoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem neminem significaret; sed hominis non beatissimi subspi-
3 cionem praeberet. Hujus de adventu fama quum ad regios esset perlata, celeriter munera eo cujusque generis sunt adlata. His quaerentibus Agesilaum, vix fides facta est, unum esse ex his, qui tum adcubabant. Qui quum regis verbis, quae adtulerant, dedissent, ille praeter vitulina, & hujusmodi genera obsonii, quae praesens tempus desiderabat, nihil adcepit; unguenta, coronas, secundamque mensam servis dispertiit; cetera re-
5 ferri jussit. Quo facto eum barbari magis etiam contemserunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sum-

scriptam fuisse patet e fabula de Mida & Satyro. Vide Himerium apud Photium p. 1130. & Xenophont. L. 1. de Exp. Cyri p. 194. Alii Thracibus eam tribuunt. Vide Interpr. ad Hygini fab. 277. quidquid sit, probabilis mihi videtur Philonidis medici narratio. itaque ut Veterum more largius sese invitaret, in acta cum suis adcubuisse Agesilaum crediderе Aegyptii, ideoque varia obsonii genera ei adtulerunt. De Thasiis simile quid narrant Plut. in Apophth. Lacon. p. 210. & Athenaeus Lib. XIV. cap. 21. p. 657.

sumsisse arbitrabantur. Hic quum ex 6
Aegypto reverteretur, donatus a rege
1 Nectanabe ducentis viginti talentis,
quae ille muneri populo suo daret: venisletque in portum, qui Menelai vocatur; jacens inter Cyrenas & Aegyptum: in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre possent, quod mel non haberent, cera circumfuderunt: atque ita 2 domum retulerunt.

1 *Nectanabe.*] De vocis scriptura varia cl. Wess. ad Diodor. Sicul. L. xv. cap. 92.

2 *Domum retulerunt.*] Ampliori funere cum Lacedaemonii sepelierunt, quam caeteros reges v. Pausan. L. III. c. 10. p. 229. Nullam vero imaginem sibi ut fingerent aut pingerent, moriens amicis mandavit. V. Plut. Apophth. Lac. T. II. p. 191. & 215. idem per literas mandavit Graecis in Asia habitantibus, qui ipsi in celeberrimis urbibus statuas ponere decreverant. V. p. 210. Hujus Agesilai prudentia inde adparet, quod, licet cum filio puero arundini insidens equitaverit oblectandi caussa. (V. Aelian. XII. V. H. 15. cum Perizonii nota) sibi patri a filio juventutis principe debitam venerationem egregie postea fuerit tuitus. Vide Xenophont. L. v. H. Gr. p. 446. unde, omnes patres exemplum capiant, oportet. Hic Agesilaus tantas ac tam gloriosas victorias reportavit, ut Critias e triginta tyrannis in Elegiis optaret Πλοῦτον μὲν Σκοπάδων, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος, Νίκας δὲ Ἀγεσίλαυ τοῦ Λακεδαιμονίου. V. Plut. in Cimone p. 484. neque tamen Critias cunctas viderat, diu ante Agesilaum mortuus.

XVIII. EUMENES.

CAPUT I.

1 EUMENES CARDIANUS. Hujus si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem major; sed multo inlustrior, atque etiam honoratior: quod magnos homines virtute metimur, non fortuna. Nam, quum aetas ejus cecidisset in ea tempora, quibus Macedones florerent, multum ei detraxit inter hos viventi, quod alienae erat civitatis: neque aliud huic defuit, quam generosa stirps: etsi ille domestico summo
3 genere erat. Tamen Macedones eum sibi ali-

1 *Eumenes.*] Hic Cardianus dictus ab oppido Thraciae in Chersoneso, quod Cardia vocabatur. Hujus pater, ut Duris testatur apud Plutarchum in initio ejus vitae, vectura exercenda propter inopiam quaerens victum, dictus fuit Hieronymus, ut docet Arrianus in Indicis cap. 18. p. 333. Hic Eumenes inter Alexandri duces fuit, & scripsit Alexandri Ephemeridas. V. Perizon. ad Aelian. III. V. H. 23. & G. J. Vossium L. I. de Hist. Gr. c. 10. p. 62. sed de Eumenis inopia paterna vide, quae olim ad h. l. notavi.

aliquando anteponi indigne ferebant: neque tamen non patiebantur. Vincebat enim omnes cura, vigilantia, patientia, calliditate, & celeritate ingenii. Hic per- 4
adolescentulus ad amicitiam adcessit Philippi, Amyntae filii: brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles vir- 5
tutis. Itaque eum habuit ad manum scribae loco: quod multo apud Grajos honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos 1 revera, sicut sunt, merce-

1 *Revera, sicut sunt.*] Hic iterum delirat Heusingerus, vel insanit, correptus mihi oblatrandi furore. nam a me interpunctum est ita, ut ille interpungendum esse monuit, & licet verba *sicut sunt* interpungantur, aut alio ordine conlocentur, inanet tamen pleonastica locutio. Sed hunc hominem missum faciamus, & ad auctorem revertamur, qui hic minus adcurate loquitur; nam apud omnes Graecos scribae munus non fuit honorificum, saltim non apud Athenienses. V. cl. Dorvillium Lib. 1. ad Chariton. cap. 1. p. 8. Neque Plutarchus in Eumene p. 583. tanto cum hiatu extollit scribae munus, quanto Nepos, dicens ἐκαλεῖτο μὲν ἀρχιγραμματεὺς, τιμῆς δε, ὥσπερ οἱ μάλιστα φίλοι καὶ συνήθεις e quibus Plutarchi verbis adparet, ipsum scribae munus apud Macedonas non tam honorificum fuisse, sed Eumenem a Philippo, licet ei esset modo ad manum scribae loco, eodem ordine fuisse habitum, quo essent praecipui ejus amici, ac fa-

cenarii scribae existimantur: at apud illos contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, & fide, & industria cognita, quod necesse est, omnium consiliorum eum esse participem.
6 Hunc locum tenuit amicitiae apud Philip-
6 pum annos septem. Illo interfecto, 1 eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Novissimo tempore praefuit etiam alterae equitum alae, quae hetaerice appellabatur. Utrique autem in consilio semper adfuit, & omnium rerum habitus est particeps.

familiares. imo contumeliose dicitur Eumenes Alexandrum secutus fuisse ἔχων γραφεῖον καὶ πινακίδιον. γραμματεὺς βασιλικὸς nempe Alexandri vocatur ab Arriano L. VII. E. A. M. cap. 4. p. 278. De Romanorum scribis vide praeter alios Masson in vita Horatii p. 76, 77.

1 *Eodem gradu.*] Alexander tamen tacitam in eum susceperat simultatem, propter Hephaestionem. V. Plut. in Eumene p. 584. Neque satis adcurate scribit Nepos, Eumenem XIII. annos fuisse apud Alexandrum, qui modo annos duodecim regnavit. V. Eusebium e Porphyrio Lib. I. Chronic. p. 57. vel, ut alii volunt, annos duodecim & menses septem. V. cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. XVII. cap. 117.

CA-

CAPUT II.

Alexandro Babylone 1 mortuo, quum 1
regna 2 singulis familiaribus dispartirentur, & summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens 3 annulum suum dederat, Perdiccae: ex 2
quo omnes conjecerant, eum regnum ei com-

1 *Mortuo.*] Caussa mortis incerta. V. Memnon. apud Photium p. 710. & multis fabulis obscura. V. Arrian. L. VII. Exp. A. M. cap. 25, 26, 27. & cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. Lib. XVII. cap. 118. & Lib. XIX. cap. 11.

2 *Singulis familiaribus dispartirentur*] Pausan. L. 1. c. 6. p. 15. hanc partitionem auctore atque inpulsore Ptolemaeo factam esse narrat.

3 *Annulum suum.*] Annuli traditione heredem indicari, ostendunt docti, quos laudat cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. XVII. cap. 117. Quidquid sit, primum, summa rerum tradita est tanquam regiae sobolis tutori Perdiccae. vide Periz. ad Aelian. V. H. cap. 16. deinde Pithoni, & Arridaeo, cum in Aegypto Perdiccas periisset: postea ad Antipatrum delata, Pithone & Arridaeo coactis sese omni administratione abdicare. Tandem post Antipatri obitum ad Polysperchontem ex Antipatri morientis ordinatione, non sine magna Cassandri, qui fuit Antipatri filius, indignatione, unde magnae inter ipsum & Polysperchontem inimicitiae & bella saevissima fuere conflata. V. Plut. in Phocione p. 755. Diodor. Sicul.

ei commendasse, quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent: (aberant enim 1 Cra-

Sicul. L. XVIII. cap. 48, 49. & Is. Casaub. ad Theophrasti Characteres Ethicos cap. 8. De regia vero prole, quam hic Nepos *liberorum* nomine insignit, magna lis est. Dexippus apud Photium p. 199. & apud Eusebium L. I. Chronic. p. 58. dicit, regnum ipsum decretum fuisse a Macedonibus Arrhidaeo Philippi filio, & ei, qui e Roxane Alexandro jam defuncto nasceretur. De hoc pasciturо filio tacet Diodorus Lib. XVIII. cap. 1. sed tantum facit mentionem de Alexandro superstite fratre Philippi filio Arrhidaeo, non sanandis animi vitiis laborante. quem tamen comem, & cunctis non suo tantum, sed & Philippi patris nomine acceptissimum fuisse dicit Justinus XIII, 2. A Dexippo stat Arrianus apud eundem Photium p. 215. Hic Roxanes filius (cujus tutores constituti erant, antequam nasceretur, Leonatus, Perdiccas, Craterus, & Antipater. v. Justin. XIII, 2.) recens natus Alexander fuit nominatus. V. Dexippum apud Phot. p. 202. & Bosium ad cap. 6. hujus vitae: Imo ipse Diodorus L. XIX. cap. 105. licet antea dixerit, Alexandrum sine liberis decessisse, agnoscit, hunc Alexandrum Alexandri & Rhoxanes filium exstitisse, sed a Cassandro, verito, ne brevi huic jam adolescenti paternum regnum traderetur, una cum matre fuisse interfectum. Arrhidaeus vero in Macedonia interfectus est per Polysperchontem Antipatri filium. Vide Porphyrium apud Eusebium p. 59. potius jussu Olympiadis cum sex annos & quatuor menses regnasset. v. cl. Wesseling.

Craterus, & 1 Antipater, qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat

1 Heling ad Diod. Sic. xix. cap. 11. jam ante necem Alexandri filii. Herculem Alexandri e Barfine filium Polyfperchon interfecit, vel interficiendum ad menfam curavit, centum talentis a Caffandro ad id fcelus pellectus. V. Plut. de vitiofo pudore T. ii. p. 530. Caffandro ipfi hoc fcelus adfcribit, ut & necem Alexandri filii Paufanias Lib. ix. cap. 7. p. 725. Quidquid fit, Porphyrius Polyfperchontem male vocavit Antipatri filium, dum nulla generis propinquitate Antipatro junctus fuit, ut docet Diodorus Siculus L. xviii. cap. 49. De Alexandri Liberis confule & Lambinum ad h. l.

1 *Antipater.*] Jolai filius. Huic Alexander, cum ab Hellefponto moveret, Macedoniae & reliquorum Graecorum permiferat adminiftrationem. Vide Arrianum Lib. i. Exp. Al. M. cap. 11. p. 23. & Dexippum apud Photium p. 202. Sed poftea idem Alexander eum Macedonum & Theffalorum praefectura privaverat ab Olympiade adfectati regni per literas accufatum. Vide Curt. Lib. x. cap. 4. §. 9. De Antipatro pluribus cl. Perizonius ad Aelian. L. xii. V. H. cap. 16. E Paufania Lib. i. cap. 25. p. 59. ftatim poft Alexandri mortem Antipatro imperii adminiftrationem permiffam fuiffe conjiceres. fed ex adlatis locis alia difcimus. Nepos in Eum. cap. 5. dicit, poft Perdiccae necem rerum fummam ad Antipatrum fuiffe delatam, minus quoque accurate. Lucianus de Macrobiis Tom. iii. p. 216. dicit de eo, *μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλείας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη ἔτος ζήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.* Fuit & alius Antipater

1 Hephaestio, quem unum Alexander, quod facile intelligi posset, plurimi fecerat:) hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, sive potius dicta. nam tum in
3 hostium erat potestate. Hunc sibi Perdiccas adjunxerat magno studio, quod in homine fidem & industriam magnam videbat: non dubitans, si eum pellexisset, magno usui fore sibi in his rebus, quas adparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium partes corripere, atque
4 complecti. Neque vero hoc ille solus fecit: sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant amici. Primus 2 Leonnatus

Asclepiodori filius, Syriae Satrapa, de quo Arrianus Lib. IV. Exp. A. M. cap. 13. p. 170.

1 *Hephaestis*] Ecbatanis nimio vini usu mortuus. De hujus morte, & monimento ei ab Alexandro facto, aliisque huic defuncto habitis honoribus. V. Interpr. ad Aelian. Lib. VII. V. H. cap. 8. Curtium Lib. X. cap. 4. & ad Diod. Sicul. L. XVII. cap. 110, 114, 115 & 116.

2 *Leonnatus*] Leonnati tres memorantur ab Arriano. Alter Euni Pellaeus, alter Antipatri Aegaeus; tertius Onasi filius, quem loco Balacri sibi fecit corporis custodem. V. Arrian. L. III. Exp. A. M. cap. 5. p. 110. Lib. VI. cap. 28. p. 269. & in Indicis cap. 18. p. 332, 333. sed pro *Euni* alii legunt *Antei*. Vide Jac. Gron. sed confusum credo Leonnatorum nomen paternum. Hoc loco intelligitur Leonnatus Euni, sive Anteae, sive Ateae filius. V. Arrianum apud Photium. p. 215. unus e septem illis illustribus Alexandri corporis custo-

natus Macedoniam praeoccupare destinaverat. Is multis magnis pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Quum perducere eum non posset, interficere conatus est: & fecisset, nisi ille clam noctu ex praesidiis ejus effugisset.

Caput III.

Interim conflata sunt illa bella, quae 1
ad internecionem post Alexandri mortem gesta sunt, omnesque concurrerunt ad Perdiccam obprimendum. quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur, tamen amicum non deseruit, neque salutis, quam fidei, fuit cupidior. Praefecerat eum Perdiccas ei 2
parti Asiae, quae inter Taurum montem jacet atque Hellespontum: & illum unum obposuerat Europaeis adversariis. Ipse Aegyptum obpugnatum adversus Ptolemaeum erat profectus. Eumenes quum 3
neque magnas copias, neque firmas haberet, quod inexercitatae, & non multo ante erant contractae: adventare autem di-

custodibus. De hujus luxuria Agatharchides Cnidius apud Athenaeum Lib. xii. cap. 9. p. 539. & ex eo Aelianus L. ix. V. H. c. 3. De cujus nece haud ingrata Antipatro Plut. in Phocione p. 753. Diod. Sicul. L. xviii. cap. 15. & Justinus xiii, 5, 14.

dicerentur, Hellespontumque transisse Antipater, & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri cum claritate, tum usu
4 belli praestantes. (Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperii potirentur.) Eumenes intelligebat, si copiae suae cognoscerent, adversus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc ejus fuit prudentissimum consilium, ut deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent: & his persuaderet, se contra quosdam barbaros proficisci. Itaque tenuit hoc propositum, & prius in aciem exercitum eduxit, praeliumque commisit, quam milites sui scirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum praeoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

CAPUT IV.

1 Quorum acerrimo concursu quum magnam partem diei esset pugnatum, cadit 1 Craterus dux, & 1 Neo-

1 *Craterus.*] Alexandri filius ex Orestide, Eordensis. Arrian. in Indicis cap. 18. p. 332. Hic Alexandro M. fidissimus, & gratissimus, custos, & comes ejus itineris fuit. V. L. VII. cap.

1 Neoptolemus, qui secundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrit ipse 2 Eumenes. Qui quum inter se complexi, in terram ex equis decidissent, ut facile intelligi posset, inimica mente contendisse, ani-

cap. 12. Exp. A. M. p. 289. cecidit, equo cespitante, in terram (vel sicut Plut. in Eumene p. 587. dicit, a Thrace quodam ex latere invecto vulneratus ex equo defluxit) & ab equitibus non agnitus, proculcatus, & interfectus est. V. Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 30. Pro Neoptolemo ignari milites Craterum interfecisse dicuntur a Plut. T. II. de Garrul. p. 506. Eumenes enim finxerat, Neoptolemum esse, quocum pugnarent, ut tanto alacrius dimicarent, Neoptolemum minoris facientes, quam Craterum, quem in acie adspicere, ut verebatur, non fuissent ausi, sed vel castra deseruissent, vel ad eum transiissent Macedones. V. Plut. in Eumene p. 586, 587. Adde Arrianum apud Photium p. 220, 221. qui eum a Paphlagonibus quibusdam interfectum esse narrat; & quinquaginta deinceps ex Eumenis & Alcetae militibus propter Crateri necem fuisse damnatos. Gorgias, unus ex Eumenis ducibus, cogniti Crateri jam animam agentis corpori ex equo desiliens custodes adposuit. V. Plut. l. l. Eumenes Crateri ossa crediderat Aristoni, qui ea sepelienda tradidit Philae Antipatri filiae, praestantissimae foeminae, quae prius Cratero, sed deinde Demetrio Antigoni filio nupserat. V. Diod. Sicul. L. XIX. cap. 59.

1 *Neoptolemus*] Plures fuere Neoptolemi inter Macedones; sine dubio a Neoptolemo Achillis filio denominati, de quo praeter ea, quae notavi ad Hygin. fab. 123. Strabo L. VII.

 p. 503.

animoque magis etiam pugnasse, quam corpore: non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis ex praelio excessit, sed acrius
3 hostis institit. Hic, equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis praeterea, & maxime nobilibus captis, pedester exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non posset, pacem ab eo petiit. Quam quum impetrasset, in fide non mansit, & se, simul ac
4 potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semivivum elatum recreare studuit. Quum id non posset, pro hominis dignitate, proque pristina amicitia (namque illo usus erat, Alexandro vivo,

p. 503. & L. IX. 645. 667. inprimis Pausanias Lib. I. cap. 11. p. 26. ubi Olympiadis, quae Alexandrum M. genuit, patrem Neoptolemum fuisse appellatum docemur. Vide & Plut. in Alexandro p. 665. Fuit & Neoptolemus Arrhabaei filius, Amyntae frater, qui cecidit in praelio ad Halicarnassum. Vide Arrianum L. I. Exp. A. M. cap. 21. p. 44. & Diod. Sicul. L. XVII. cap. 25. de hujus fide dissentientes. Sed uti Neoptolemus a Diodoro vir ἐπιεικὴς, ita hic, de quo h. l. agitur, ab Arriano apud Photium p. 222. vocatur ἀνὴρ στρατιωτικὸς, καὶ πολέμοις ἠριστευκώς. Huic Carmaniam gubernandam fuisse traditam dicit Dexippus apud Photium p. 201. De caede Neoptolemi hujus Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 31. cum cl. Wesselingii nota.

vivo, familiariter) amplo funere extulit, ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

CAPUT V.

1 Haec dum apud Hellespontum geruntur, 1 Perdiccas apud flumen Nilum interficitur a Seleuco & Antigono: rerumque summa ad Antipatrum defertur.

1 *Perdiccas.*] Fuit Orrhontae & Orestidis filius, natione Eordensis, unus e septem illis Alexandri corporis custodibus, de quo Arrianus Lib. IV. cap. 15. p. 31. L. V. cap. 22. p. 225. Lib. VI. cap. 11. p. 246, 247. cap. 28. p. 269. quem Alexander licet de se bene meritum, quia ferrum ex ejus vulnere ipsi a Mallis inlato extraxerat, tamen oderat propter bellandi peritiam. V. Aelian. L. XII. V. H. c. 16. sed qui quoque Alexandrum revera magno in pretio non habuisse videtur, quia ejus cadaver post mortem primum quoque neglexit; & triginta diebus inhumatum reliquit. quamquam postea a vate Aristandro monitus de eo cum Ptolemaeo contendit. V. Aelian. l. l. cap. 64. quem debellare in Aegypto invitis suis militibus conatus, a quibusdam equitibus conspiratione facta in tabernaculo suo sarissis confossus est, non ut hic Nepos narrat a Seleuco, & Antigono. V. Plut. in Eum. p. 587. & quos laudat cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 36. Error forsan non ab ipso Nepote, sed a librariis proficisci potuit, qui ex *Antigene*, fecerint *Antigonum*, & *Seleucum* addiderint, vel hanc

tur. Hic, qui deseruerunt, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur. in his Eumenes. Hac ille perculsus plaga non subcubuit, neque eo secius bellum administravit. Sed exiles res animi magnitudinem, etsi non frange-
2 bant, tamen inminuebant. Hunc persequens Antigonus, quum omni genere copiarum abundaret, saepe in itineribus vexabatur: neque umquam ad manum accedere licebat, nisi his locis, quibus pau-
3 ci possent multis resistere. Sed extremo tempore quum consilio capi non posset, multitudine circumventus est. hinc tamen, multis suis amissis, se expedivit, & in castellum 1 Phrygiae, quod Nora appellatur,

hanc vocem quoque male scripserint, jam in codicibus confusam. Antigenes enim Argyraspidum dux, totius Susianae deinde praefectus, primus in Perdiccam fecit impetum. Vide Arrianum apud Photium p. 224. *Antigonus* & *Antigenes* saepius confundi solent, ut jam docuit Freinshemius ad Curtium L. VIII. cap. 14. §. 15. & ad Lib. X. c. 10. p. 820. Quid si pro *Seleuco*, legatur *Teutamo*; qui una cum Antigene dux fuit Argyraspidum, librariis non tam notus, quam *Seleucus*. de quo Teutamo Diod. Siculus Lib. XVIII. cap. 59. De hoc Antigene & Teutamo nonnulla dederunt Interpretes ad Nepot in Eum. cap. 7. & Plutarchus in Eumene pag. 590. sed hanc conjecturam nemini obtrudo.

1 *Phrygiae.*] Nora fuit *χωρίον ἐν μεθορίῳ* Au-

latur, confugit. In quo quum circumſe- 4
deretur, & vereretur, ne uno loco ma-
nens equos militares perderet, quod ſpa-
tium non eſſet agitandi: callidum fuit
ejus inventum, quemadmodum ſtans ju-
mentum calefieri exercerique poſſet, quo
libentius & cibo uteretur, & a corporis
motu non removeretur. Subſtringebat ca- 5
put loro altius, quam ut prioribus pedi-
bus plane terram poſſet adtingere. Dein-
de poſt verberibus cogebat exſultare, &
calces remittere. Qui motus non minus
ſudorem excutiebat, quam ſi in ſpatio
decurreret. Quo factum eſt, quod omni 6
bus mirabile eſt viſum, ut jumenta aeque
nitida ex caſtello educeret, quum com-
plures menſes in obſidione fuiſſet, acſi
in campeſtribus ea locis habuiſſet. In hac
concluſione, quotiescumque voluit, adpa-
ratum, & munitiones Antigoni alias incen-
dit, alias disjecit. Tenuit autem ſe uno
loco, quamdiu fuit hiems. quod caſtrum
ſubſidia habere non poterat, & ver ad-
pro-

Λυκαονίας, καὶ Καππαδοκίας. ut Plut. in Eumene p. 589. ſcribit, adprobante, & inluſtrante ejus dictum cl. Weſſelingio ad Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 41. vox *Nora* eſt pluralis Numeri. Sic Plut. l. l. p. 590. ἐν Νώροις. & Strabo L. XII. p. 811. τὰ Νῶρα, ὃ νῦν καλεῖται Νηροασσὸς ubi articulus poſtpoſitivus ὁ reſpicit ad praecedentem vocem ἔρυμα, *caſtellum*.

M 5.

propinquabat, simulata deditione, dum de conditionibus tractat, praefectis Antigoni imposuit: seque ac suos omnes extraxit incolumes.

CAPUT VI.

1 Ad hunc Olympias, mater quae fuerat
Alexandri, quum literas & nuntios
misisset in Asiam, consultum, utrum
1 repetitum Macedoniam veniret (nam
tum in Epiro habitabat) & eas res occu-
2 paret: huic ille primum suasit, ne se-
mo-

1 *Repetitum.*] Forsan *repetita* i. e. *revocata in Macedoniam.* Olympias enim a Polysperchonte, ex Epiro, in quam propter inimicitias cum Antipatro confugerat, consentiente senatu amicorum in Macedoniam revocata erat, antequam has literas ad Eumenem mitteret. confer Diodor. Sicul. L. XVIII. cap. 49, 58, & 65. revocata autem in Macedoniam fuit contra praeceptum Antipatri, qui moriens, tamquam vates Macedonas monuerat, μηδέποτε συγχωρῆσαι γυναικὶ τῆς βασιλείας προστατῆσαι. V. Diod. Sic. L. XIX. cap. 11. & 25. In Asia quidem regnarunt feminae, jam usque a Semiramide, vide Arrianum Lib. 1. de Exp. A. M. cap. 24. p. 49. & Claudianum Lib. 1. in Eutropium vs. 320. numquam vero in Graecia, nisi hoc tempore, sed tempore brevissimo ut Justinus ait Lib. XIV. cap. 5, & 6. ubi de Olympiadis morte, de qua & cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. XIX. cap. 5.

moveret, & exſpectaret, quoad Alexandri filius regnum adipiſceretur. Sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum obliviſceretur, & in neminem acerbiore uteretur imperio. Ho- 3
rum nihil ea fecit. Nam & in Macedoniam profecta eſt, & ibi crudeliſſime ſe geſſit. Petiit autem ab Eumene abſente, ne pateretur, Philippi domus & familiae inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere, ferretque opem liberis Alexandri. Quam veniam ſi ſibi daret, quam primum exercitus pararet, quos ſibi ſubſidio adduceret. Id quo facilius faceret, ſe omnibus praefectis, qui in officio manebant, miſiſſe literas, ut ei parerent, ejusque conſiliis uterentur. His rebus Eumenes per- 5
motus ſatius duxit, ſi ita tuliſſet fortuna, perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere.

CAPUT VII.

Itaque copias contraxit, bellum adverſus Antigonum comparavit. quod 1
una erant Macedones complures nobiles, in his Peuceſtes, qui corporis cuſtos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat 1 Perſidem:

1 *Perſidem.*] Cujus praefecturam jam ab Alexandro acceperat. de eo cl. Weſſeling. L. XIX. cap.

fidem: Antigenes, cujus sub imperio phalanx erat, Macedonum invidiam verens, (quam tamen effugere non potuit) si potius ipse alienigena summi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi
2 erat multitudo: in principiis nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate jussit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur: credens minore se invidia fore, si specie imperii, 1 nominisque simulatione Alexandri, bellum videretur admi-
3 nistrare. quod & fecit. Nam quum non ad Eumenis principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo latebat: quum tamen per eum unum gererentur omnia.

cap. 14. quam praefecturam ei quoque post Alexandri mortem permiserunt. V. Arrian. apud Photium p. 224.

1 *Nominisque simulatione Alexandri.*] Omnes Alexandri successores ita sese gessisse videntur, acsi omnia Alexandri nomine agerent. nam urbes, quas condebant, ab Alexandri nomine appellabant, postea vero, quum eorum potentia indies augeri videbatur; sua nomina urbibus a sese conditis inposuerunt. V. Strabon. Lib. XIII. p. 887. Imo noster Auctor cap. 13. hujus vitae refert, illos Praefectos primum; sed post mortem Eumenis demum Reges appellatos esse, regiumque ornatum sumpsisse.

CA-

CAPUT VIII.

Hic in Paraetacis cum Antigono conflixit, non acie instructa, sed in itinere: cumque male acceptum in Mediam hiematum coëgit redire. Ipse in finitima regione Persidis hiematum copias divisit, non ut voluit, sed ut militum cogebat voluntas. 1
Namque illa phalanx Alexandri Magni, quae Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat: ut nunc veterani faciunt nostri. Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt sua intemperantia, nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint. 2
Quod si quis illorum veteranorum legat facta; paria horum cognoscat: neque rem ullam, nisi tempus, interesse judicet. Sed ad illos revertar. Hiberna sumpserant non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam: longeque inter se discesserant. 3
Hoc Antigonus quum comperisset, intelligeretque, se parem non esse paratis adversariis, statuit aliquid sibi consilii novi esse capiendum. Duae erant viae, qua ex Medis, ubi ille 4

hiemabat, 1 ad adversariorum hiberna-
5 cula posset perveniri. quarum brevior per loca deserta, quae nemo incolebat propter aquae inopiam, ceterum dierum erat fere decem. Illa autem, qua omnes commeabant, 2 altero tanto longiorem habe-
6 bat amfractum: sed erat copiosa, omniumque rerum abundans. Hac si proficisceretur, intelligebat, prius adversarios rescituros de suo adventu, quam ipse tertiam partem confecisset itineris. Sin per loca sola contenderet, sperabat, se inpruden-
7 tem hostem obpressurum. Ad hanc rem conficiendam, imperavit, quam plurimos utres atque etiam culleos comparari: post haec pabulum: praeterea 3 cibaria cocta dierum decem: utque quam minime fieret 4 ignis in castris. Iter, quod habebat, omnes celat. Sic paratus, qua constituerat, proficiscitur.

1 *Ad adversariorum.*] Nil muta. vide Heusingerum h. l.

2 *Altero tanto.*] V. Interpr. ad Auctorem de B. Hispan. cap 30.

3 *Cibaria cocta.*] Vide de hoc loco cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. XIX. cap. 37.

4 *Ignis in castris.*] De ignibus noctu in castris fieri solitis vide cl. Burm. ad Val. Flacc. IV, 755. Ex ignium noctu in castris factarum magnitudine conligi copiarum numerum, id quod recte ad h. l. observat Gebhardus, patet e strategemate Agathoclis apud Diod. Siculum Lib. XX. cap. 17.

C A

CAPUT IX.

Dimidium fere spatium confecerat, quum ex fumo castrorum ejus suspicio adlata est ad Eumenem, hostem adpropinquare. Conveniunt duces: quaeritur, quid opus sit facto. Intelligebant omnes, tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse, quam Antigonus adfuturus videbatur. Hic omnibus titubantibus, & de rebus summis desperantibus, Eumenes ait, si celeritatem velint adhibere, & imperata facere, quod ante non fecerint, se rem expediturum. Nam quod diebus quinque hostis transisse posset, se effecturum, ut non minus, totidem dierum spatio retardaretur: quare circumirent, suas quisque copias 1 contraheret. Ad Antigoni autem refrenandum impetum, tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos montes, qui obvii erant itineri adversariorum: hisque praecepit, ut prima nocte quam latissime possint, ignes faciant quam maximos, atque hos secunda vigilia minuant,

1 *Contraheret.*] Ne legas *contraherent.* de hac numeri variatione cl. Oudendorp ad J. Caesar. L. VI. B. G. c. 11. & Arntz. ad Plinii Sec. Paneg cap. 26. p. 124.

4 nuant, [1] tertia perexiguos reddant: & adsimulata castrorum consuetudine suspicionem injiciant hostibus, his locis esse castra, ac de eorum adventu praenuntiatum: idemque postera nocte faciant.
4 Quibus imperatum erat, diligenter praeceptum curant. Antigonus, tenebris obortis, ignes conspicatus: credit, de suo adventu esse auditum: & adversarios illuc
6 suas contraxisse copias. Mutat consilium, & quoniam inprudentes adoriri non posset, flectit iter suum, & illum amfractum longiorem copiosae viae capit, ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda jumenta, quo integriore exercitu decerneret.

CAPUT X.

1 Hic Eumenes callidum imperatorem vicit consilio, celeritatemque inpedivit ejus: neque tamen multum profecit.
2 Nam invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum Macedonum veteranorum, quum superior praelio discessisset, Antigono est deditus, quum exercitus ei ter ante separatis temporibus jurasset,

1 *Tertia.*] More Graecorum. A Bosio dictatis adde cel. Drakenburg. ad Silium Italic. L. IV. vs. 89.

set, se eum defensurum, nec umquam
deserturum. Sed tanta fuit nonnullorum
virtutis obtrectatio, ut fidem amittere
mallent, quam eum non prodere. Atque 3
hunc Antigonus, quum ei fuisset infestis-
simus, conservasset, si per suos esset lici-
tum, quod ab nullo se plus adjuvari posse
intelligebat in his rebus, quas impende-
re jam adparebat omnibus. Inminebant
enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemaeus,
opibus jam valentes: cum quibus ei de
summis rebus erat dimicandum. Sed non 4
passi sunt hi, 1 qui circa erant: quod vi-
debant, Eumene recepto, omnes 2 prae
illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus
adeo erat incensus, ut, nisi magna spe
maximarum rerum, leniri non posset.

CAPUT XI.

Itaque quum eum in custodiam dedis- 1
set, & praefectus custodum quaesisset,
quemadmodum servari vellet? ut acerri-
mum, inquit, leonem; aut ferocissimum
ele-

1 *Qui circa erant.*] De hac locutione vide Indicem, & Gron. ad Livium XXI, 49. XXVII, 14. & Cellar. ad Curt. IV, 15, 10.

2 *Prae illo parvi futuros.*] Terent. Hecyra A. III. Sc. 5. vs. 33. *omnes res postputare prae parente.* Itaque non audiendus codex Leidensis, qui scribit *pro illo.*

elephantum. Nondum enim ſtatuerat,
2 ſervaret eum, nec ne. Veniebat autem
ad Eumenem utrumque genus hominum:
& qui propter odium fructum oculis ex
ejus caſu capere vellent: & qui propter
veterem amicitiam colloqui, conſolari-
que cuperent: multi etiam, qui ejus for-
mam cognoſcere ſtudebant, qualis eſſet,
quem tamdiu, tamque valde timuiſſent;
cujus in pernicie poſitam ſpem habuiſſent
3 victoriae. At Eumenes, quum diutius
in vinculis eſſet, ait Onomarcho, penes
quem ſumma imperii erat cuſtodiae, ſe
mirari, quare jam tertium diem ſic te-
neretur. Non enim hoc convenire Anti-
goni prudentiae, ut ſic deuteretur victo.
quin aut interfici, aut miſſum fieri jube-
4 ret. Hic quum ferocius Onomarcho lo-
qui videretur, quid? tu, inquit, animo
ſi iſto eras, cur non in praelio cecidiſti,
potius, quam in poteſtatem inimici veni-
5 res? Huic Eumenes, utinam quidem iſtud
eveniſſet! inquit: ſed eo non accidit,
1 quod numquam cum fortiore ſum con-
greſ-

1 *Quod numquam cum fortiore ſum congreſſus.*] Ipſi Antigono antea dixerat Οὐδένα ἐμαυτοῦ κρείττονα νομίζω, μέχρις ἂν ὦ τοῦ ξίφους κύριος. v. Plut. in Eumene p. 589. Hacc vero ejus verba exſtant p. 594. ἐρῶ δὲ τοὺς εἰς χεῖρας ἐλθόντας. ἀλλ᾽ οὐδενὶ κρείττονι προστυχὼν οἶδα. ſequentia verba vir doctus in Obſ. Miſc. No-
vis

gressus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi subcubuerit. Non enim virtute hostium sed amicorum perfidia decidi. Neque id falsum. * Nam & dignitate fuit honesta, & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venusta.

Caput XII.

De hoc Antigonus quum solus constituere non auderet, ad consilium 1
retulit. Hic, quum plerique omnes primo perturbati admirarentur, non jam de eo sumptum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent male habiti, ut saepe ad desperationem forent adducti, quique maxi-

vis A. 1740. p. 155 ita constituit. *Hac minime virtute hostium, sed amicorum perfidia decidi. Neque id falsum. Nam & insigni arte fuit palaestrae, & viribus ad laborem ferendum firmis.* ingeniose satis, sed nihil definio. Venustam Eumenis figuram ita describit Plutarchus p. 589. ἦν δὲ καὶ τὸ εἶδος ἡδὺς, οὐ πολεμικῷ, καὶ τετριμμένῳ δι' ὅπλων ἐοικὼς, ἀλλὰ γλαφυρὸς καὶ νεοπρεπὴς, καὶ πᾶν τὸ σῶμα διηρθρωμένος, ὡς ὑπὸ τέχνης ἀκριβῶς τοῖς μέλεσι θαυμαστὴν συμμετρίαν ἔχουσι. quae Plutarchi verba male Lambinus refert ad Eumenis honestam dignitatem; quam in Eumene non fuisse declarant Plutarchi verba, uti recte Boeclerus in Indice notavit.

2 maximos duces interfecisset: denique in quo uno esset tantum, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto, nihil habituri negotii essent. Postremo; si illi redderet salutem, quaerebant, quibus amicis esset usurus? sese enim cum
3 Eumene apud eum non futuros. Hic, cognita consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, quum jam vereretur, ne qua seditio exercitus oriretur, vetuit, ad eum quemquam admitti, & quotidianum victum amoveri jussit. Nam negabat, se ei vim adlaturum, qui aliquan-
4 do fuisset amicus. Hic tamen non amplius, quam triduum, fame fatigatus, quum castra moverentur, insciente Antigono, jugulatus est a custodibus.


CAPUT XIII.

1 Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, quum ab anno vigesimo (uti supra ostendimus) septem annos Philippo adparuisset; & tredecim apud Alexandrum, eumdem locum obtinuisset, in his uni equitum alae praefuisset, post autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxisset, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset: captus non Antigoni virtute, sed Mace-
do-

donum perjurio, talem habuit exitum vitae. In quo quanta fuerit omnium opinio eorum, qui post Alexandrum Magnum reges appellati, ex hoc facillime potest judicari, quod nemo, Eumene vivo, rex appellatus est, sed praefectus: 3
iidem post hujus occasum, statim regium ornatum nomenque sumpserunt: neque, quod initio praedicarunt, se Alexandri liberis regnum servare, id praestare voluerunt: &, uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Hujus sceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolomaeus, Seleucus, Lysimachus, Cassander. Antigo- 4
nus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hi militari honesto funere, comitante toto exercitu, humaverunt: ossaque ejus in Cappadociam ad matrem atque 1 uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

1 *Uxorem*,] Barsinen. V. Plut. Eum. p. 583.

PHOCION.



XIX. PHOCION.

CAPUT I.

1 1 PHOCION ATHENIENSIS, etsi saepe exercitibus praefuit, summosque magistratus cepit; tamen multo ejus notior 2 integritas vitae, quam rei 3 militaris labor. Itaque hujus memoria est nulla, illius

1 *Phocion.*] Phoci, qui Cochlearium artifex falso dicitur fuisse, filius. V. Periz. ad Aelian. XII, 43. & Wesseling. ad Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 64.

illius autem magna fama: ex quo cognomine Bonus est appellatus. Fuit enim perpetuo pauper, quum divitissimus esse posset propter frequentes delatos honores, potestatesque summas, quae ei a populo dabantur. Hic quum a Rege Philippo 3 munera magnae pecuniae repudiaret, legatique 1 hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam pater-

2 *Integritas vitae.*] Ea patet praecipue, quod οὐδὲ τῷ γαμβρῷ Χαρίλλῳ δίκην ἔχοντι περὶ τῶν Ἁρπαλείων συνεισῆλθεν, ἀλλ' ἐγώ σε (φήσας) ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις ἐποιησάμην. κηδεστήν, ᾤχετο ἀπιών, ut refert Plut. T. II. Praec. Polit. p. 808. & quod ab ipso Harpalo vocatus est ἔρυμα πανταχόθεν ἀνάλωτον ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ. V. T. I. in Phoc. p. 751.

3 *Militaris labor.*] Hic tamen satis notus est. Duos Eretriae tyrannos debellavit, & ejecit, Plutarchum & Clitarchum. V. cl. Wesseling ad Diod. Siculi Lib. XVI. cap. 74. Byzantiis opem tulit contra Philippum, quem infectis rebus discedere coegit. V. Plut. T. II. in Apophth. p. 188. & de gloria Atheniens. p. 350. Macedonum Atticae oram maritimam depopulantium ducem Nicionem interfecit. V. T. I. p. 188.

1 *Hortarentur accipere.*] Haec constructio inprimis locum habet in verbo *hortari*. vide Vorst. & Torren. ad Val. Maxim. L. III. cap. 3. n. 1.

4 ternam tueri gloriam: his ille: 1 si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles sunt futuri, nolo, meis inpensis illorum ali, augerique luxuriam.

CAPUT II.

1 Eidem quum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset fortuna, extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium. Primo quod 2 cum Demade 3 de urbe tradenda Antipa-

1 *Si mei similes erunt.*] Tum tenuissima sorte essent contenti; nam Phocion, ejusque uxor sibi ministrabant. Vide Plut. in Phocione p. 749. servabantque priscam Atheniensium, caeterorumque Graecorum frugalitatem, nullum habentes servum, de qua veteri Graecorum consuetudine Herodotus Lib. VI. cap. 137. & celeb. J. Perizonius ad Aeliani Lib. VI. V. H. cap. 5. De Romanis v. Dionys. Halicarn. L. X. A. R. c. 17. sed Phocion praevidebat suis impensis alitum, auctumque iri liberorum suorum luxuriam. nam filius ejus Phocus liberius vivebat. V. Plut. in Phocione p. 755. quem ad frugalitatem discendam miserat Lacedaemonem v. p. 750.

2 *Cum Demade.*] Demades obscuro loco natus, ita ut pater ejus ignoretur. V. Periz. ad Aelian. V. H. 43. Eloquentissimus, sed simul & luxuriosissimus, & avaritia inexplebilis

tiparro confenferat: ejusque confilio 1 Demosthenes cum ceteris, qui bene de republ.

billis. V. Plut. in Phoc. p. 755. in Demosthene p. 850. & T. II. in Apophth. Lac. p. 188. & de Divit. Cupid. p. 525, 526. Periz. ad Aelian. XIV. V. H. 10. Athenaeum Lib. II. cap. 6. p. 44. Hinc, ut fit, turpis adulator Macedonum auro conruptus, eo dementiae devenit, ut Alexandrum Deum tertium decimum suffragio suo sciverit. V. Interpr. ad Aelian. V, 12. Hic fuit ter, vel, ut alii volunt, septies ab Atheniensibus violatarum legum damnatus, & infamia notatus. V. cl. Wesseling ad Diodor. Sicul. L. XVIII. cap. 18. Πρoςάτης δήμȣ i. e. populi defensor vocatur ab Aeliano. quia fuit demagogus. Demagogi populares erant, caussamque populi in concionibus agebant, & inlustres saepe viros accusabant. V. Periz. ad Aelian. XII, 43. Hic ab Antipatro, ad cujus nutum antea, & Macedonum voluntatem omnia Athenis dirigere conatus erat, (V. Plut. in Phoc. p. 741,) postquam ille post Perdiccae mortem sibi ab eo dolum structum cognoverat, una cum filio Demea, in parvum quoddam aedificium conjectus, & letho datus est. Vide cl. Wesseling ad Diod. Sicul. Lib. XVIII. c. 48. Cum hoc homine Phocionem ulla in re consensisse vix crediderim; Phocioni enim ab Atheniensibus praelatus fuit Demades, palamque ejus paupertatem derisit. V. Interpr. ad Aelian. XIV. V. H. 10.

3 *De urbe tradenda Antipatro.*] Populus ipse, viribus impar, coactus fuit Urbem tradere Antipatro. V. Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 18. Pausanias vero L. VII. cap. 10. p. 547. Athe-

N nas

publ. mereri existimabantur, populiscito in exsilium erant expulsi. Neque in eo so-

nas Antipatro a Demade proditas esse refert. Praesidium etiam frustra deprecatus est Phocion, adversante ipsi & ab Antipatro stante Callimedonte Carabo, homine audaci, & liberis populis infesto, & ex isto sexaginta scurrarum Atheniensium numero, quos describit Athenaeus L. XIV. cap. 1. p. 614. vide Plut. in Phocione p. 754. Nullam ergo hujus odii caussam video.

1 *Demosthenes.*] Varia de Demosthene narrantur. Plerique dicunt, Harpalum, hominem inpurum, Atheniensium quorumdam animos auro conruptos sibi conciliasse, & in his quoque Demosthenis, ideo exsilio ab Areopagis mulctati. In hac sententia fuit Plutarchus in Phocione p. 751. & in Demosthene p. 857. & T. 11. p. 846. & 848. dicitur solus Hyperides ab Harpalo conrumpi non potuisse, quamquam T. 1. in Demosth. p. 751. narrat, unius Phocionis virtutem ab Harpalo non fuisse expugnatam. Eamdem quoque de Demosthene, quem Harpalus auro conruperat, sententiam sequitur Diodorus Siculus, qui Lib. XVII. cap. 4. dicit, Demosthenem a Persis auro fuisse conruptum, ut Macedonum caussam in dicendis sententiis obpugnaret. Vide & Plut. in Demosth. p. 852. sed hoc crimine eum absolvit Pausanias L. 11. c. 33. in f. citatus a cl. Wesselingio ad Diod. Sicul. l. 1. cap. 108. Praeterea Himerius apud Photium p. 1144. Demosthenem numerat inter optimos viros, quos Athenis malevoli injuste accusarunt, hujusque sycophantam vocat Demadem. Caeterum Phocion, licet a Demosthene auctus adjutusque, ἦν ἀντιπολιτευόμενος

τοῖς

ſolum offenderat, quod patriae male conſuluerat, ſed etiam, quod amicitiae fidem non praeſtiterat. Namque auctus 3
adjutusque a Demoſthene, eum, quem tenebat, adſcenderat gradum, quum adverſus Charetem eum ſubornaret: ab eodem in judiciis, quum capitis cauſſam diceret, defenſus, aliquoties liberatus diſceſſerat. Hunc non ſolum in periculis non defendit, ſed etiam prodidit. Con- 4
cidit autem maxime uno crimine: quod, quum apud eum ſummum eſſet imperium populi, & 1 Nicanorem Caſſandri praefectum inſidiari Piraeeo Athenienſium a Dercyllo moneretur: idemque poſtularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur: hic, audiente populo, Phocion negavit eſſe periculum, ſeque ejus rei obſidem

τοὺς περὶ τ̃ Δημοσθένην, ut refert Diod. Siculus Lib. XVII. cap. 15.

1 *Nicanorem Caſſandri praefectum*,] Hic a Caſſandro Munychiae praefectus erat, ſubfectus in Menyili locum, nondum vulgata patris Antipatri morte. V. cl. Weſſ. ad Diod. Sic. L. XVIII. cap. 64. poſtea a Caſſandro dolo interfectus. cap. 75. Diſtinguendus a Nicanore Caſſandri fratre ab Olympiade necato L. XIX. c. 11. Hoc nomen plurium Macedonum fuit. Fuit & Nicanor Parmenionis, praefectus pedeſtris agminis Argyraſpidum ſub Alexandro, de quo Diodor. Sicul. L. XVII. c. 57. & alii hic non memorandi.

5 fidem fore pollicitus. Neque ita multo post Nicanor Piraeeo est potitus. ad quem recuperandum quum populus armatus concurrisset: ille non modo neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem praeesse voluit. sine quo Athenae omnino esse non possunt.

CAPUT III.

1 Erant eo tempore Athenis duae factiones: quarum una populi caussam agebat, altera optimatum. in hac erat Phocion & Demetrius Phalereus. harum utraque Macedonum patrociniis 1 nitebatur. Nam populares Polysperchonti favebant: optimates cum Cassandro sentiebant.
2 bant. Interim a Polysperchonte Cassander Macedonia pulsus est. quo facto populus superior factus, statim duces adversariae factionis capitis damnatos patria pepulit: in his Phocionem & 2 Demetrium Phalereum: deque ea re legatos ad Poly-

1 *Nitebatur.*] Saepe in codd. MSS. *nitor* & *utor* confunduntur. V. cl. Oudendorp. ad J. Caesar. L. IV. B. Gall. cap. 24.

2 *Demetrium Phalereum.*] Viri Docti ad h. l. negant, hunc una cum Phocione aliisque adversariae factionis capitis damnatis patria fuisse pulsum, sed una cum Phocione fugisse Callimedontem & Periclem, putantes, nullam a Plu-

Polysperchontem misit, qui ab eo peterent, ut sua decreta confirmaret. Huc 3 co-

a Plutarcho de hoc Demetrio in hac historia fieri mentionem. Verum est, Plutarchum in Phoc. p. 757. hoc de Callimedonte & Pericle testari, sed idem p. 758, dicit Δημητρίου δὲ τοῦ Φαληρέως, καὶ Καλλιμέδοντος, καὶ Χαρικλέους, καὶ τινων ἄλλων ἀπόντων ἐψηφίσθη θάνατος. Ergo tum temporis fugit etiam Demetrius Phalereus, qui tamen brevi post non tantum in pristinam, sed etiam majorem dignitatem restitutus est; nam postquam Phocion ultimo adfectus fuit supplicio, de quo Diodorus Siculus Lib. XVIII. cap. 66 & 67. cum cl. Wesselingii nota videndus est, Cassandro Athenienses sese dediderunt ea lege, ut sibi unum ex Atheniensibus daret Reip. Curatorem, qui itaque Athenis praefecit Demetrium Phalereum, qui sese Cassandro de meliori nota commendare noverat. Vide Carystium Pergamenum apud Athenaeum Lib. XII. cap. 11. p. 542. Pausaniam Lib. I. cap. 25. Strabonem Lib. IX. p. 609. & Periz. ad Aelian. Lib. III. V. H. 17. qui Demetrius ergo non invasit tyrannidem, ut ait Phaedrus Lib. V. fab. I. cui contraria quoque docet Diod. Siculus Lib. XVIII. cap. 74. Hic Demetrius Remp. administrare coepit eo tempore, quo Harpalus, Alexandrum fugiens, Athenas venit, corrupturus Civitatis principes, ut dicit Demetrius Magnesius apud Diogenem Laërtium Lib. V. sect. 75. Atqui hic Harpalus urbe ejectus, & in Cretam profectus, in via a Thimbrone, sive, ut alii eum vocant, Thibrone dolo interfectus est, vivente & regnante Alexandro Macedone,

 anno

eodem profectus est Phocion. Quo ut venit, caussam apud Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud Polysperchontem jussus est dicere. namque is tum regis rebus praeerat. Hic (quum) ab
2 gis rebus praeerat. Hic (quum) ab
1 Agnonide accusatus (esset,) quod Pyraeeum (Nicanori) prodidisset: ex consilii sententia in custodiam conjectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret judicium.

CAPUT IV.

1 Huc ubi perventum est, quum 2 propter aetatem pedibus jam non valeret,

anno secundo Olympiadis CXIII. De quo Harpalo videndi Curtius Lib. X. cap. 2. & cl. Wesseling ad Diod. Sicul. Lib. XVII. cap. 108. Demetrius vero Phalereus adcessit ad Remp. nomine Cassandri gubernandam anno tertio Olymp. CXV. quamquam jam quidem quinquennio toto ante gratia & auctoritate Athenis valuit, verum ita, ut conlegas habuerit Phocionem, & plures alios. Decem annos solus Remp. moderatus est, donec Demetrii Poliorcetae viribus inferior Athenis fugit in Aegyptum anno secundo Olympiadis CXVIII. Consule cl. Wesseling ad Diod. Sicul Lib. XVIII. cap. 74. & Lib. XX cap. 45. Caeterum pro *quo facto* legit cl. Arntzenius ad Plinii Secundi Panegyric. cap. 85. *quo pacto.*

1 *Agnonide.*] Hic fuit rhetor, qui postea etiam ca-

ret, vehiculoque portaretur, magni concursus sunt facti: quum alii, reminiscentes veteris famae, aetatis misererentur; plurimi vero ira exacuerentur, propter proditionis subspicionem Piraeei: maximeque, quod adversus populi commoda in senectute steterat. Qua de re ne perorandi quidem ei data est facultas, & dicendi caussam. Inde judicio legitimis quibusdam confectis damnatus; traditus est undecim viris, quibus ad supplicium, more Atheniensium, publice damnati tradi solent. Hic quum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrimans dixisset: O quam indigna perpeteris Phocion! huic ille, at non inopinata, inquit: hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire. Itaque a servis sepultus est. 2 3

capitis damnatus, & necatus fuit. V. Plut. in Phoc. p. 759.

2 *Propter aetatem.*] Senio & viribus confectus erat, nam octoginta jam annos natus erat, cum juberetur Boeotiam invadere. V. Plut. T. II. Praec. Polit. p. 819.



XX. TIMOLEON.

CAPUT I.

1. TIMOLEON CORINTHIUS. ſine dubio magnus omnium judicio hic vir exſtitit. Namque huic uni contigit, quod neſcio an ulli, ut & patriam, in qua erat natus, op-

1 *Timoleon.*] Timoleontis pater *Timodemus* a Plutarcho, a Diodoro Siculo *Timaenetus* vocatur. cl. Weſſ. ad Diod. Sicul. L. XVI. cap. 65. non audet adfirmare, uter melius. Timoleontis

obpressam a tyranno liberaret, & a Syracusis, quibus auxilio erat missus, inveteratam servitutem depelleret: totamque Siciliam, multos annos bello vexatam, a barbarisque obpressam, suo adventu in pristinum restitueret. Sed in his rebus 2
non simplici fortuna conflictatus est, & , id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam, quam adversam, fortunam. Nam quum frater ejus Timo 3
phanes, dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupasset, particepsque regni posset esse: tantum abfuit a societate sceleris, ut anteculerit suorum civium libertatem fratris saluti: & patriae parere legibus quam imperare, satius duxerit. Hac mente per 4
haruspicem, communemque adfinem, cui soror ex eisdem parentibus nata nupta erat, fratrem tyrannum 1 interficiendum curavit.

tis uxor Megisto inter praestantes faeminas numeratur a Plutarcho T. II. de Virtutibus Muller. p. 252.

1 *Interficiendum curavit.*] Sic Lysimachus filium Agathoclem interficere fuit coactus. Vide Strabonem Lib. XIII. p. 925. cum Casauboni nota. De Horatio Horatiam Sororem interficiente Dionys. Halicarnass. L. III. A. R. c. 21. & Livium L. I. c. 26. Plura hujusmodi exempla dabit idem Dionysius Halic. L. VIII. A. R. c. 79. p. 524.

vit. Ipse non modo [1] manus non adtulit, sed ne adspicere quidem fraternum sanguinem voluit. Nam, dum res conficeretur, procul in praesidio fuit, ne quis satelles
5 posset subcurrere. Hoc praeclarissimum ejus facinus non pari modo probatum est ab omnibus. Nonnulli enim laesam ab eo pietatem putabant, & invidia laudem virtutis obterebant. Mater vero post id factum, neque domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin eum fratricidam inpiumque detestans compel-
6 laret. [2] Quibus rebus ille adeo est commo-

1 *Manus non adtulit.*] Bona locutio pro intulit. V. Davis. & Oudendorp. ad Hirtium de B. Africano cap. 93. ἐπιφέρειν βαρείας χεῖρας dicit Homerus Il. A. 89. cl. Wesseling. ad Diod. Sicul. L. XVI. cap. 65, non omisit quoque indicare, Diodorum Siculum a nostro Nepote, & Plutarcho dissentire. sed ex Plutarchi verbis p. 238. diceres, Timoleontem ipsum fratri suo violentas manus intulisse, quum p. 237. dixerat, per Aeschylum fratrem uxoris Timophanis, & per Satyrum juxta Theopompum, vel per Orthagoram secundum Ephorum & Timaeum caedem esse factam, sed Plutarchus p. 238. non sibi obloquitur, quia, quod quis per alium facit, ipse facere videtur.

2 *Quibus rebus ille adeo est commotus.*] Plutarchus in Aemylio p. 277. addit, Timoleontem poenitentia ductum, & moerore depressum, viginti annos forum & concionem adspi-

motus, ut nonnunquam vitae finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conſpectu morte decedere.

CAPUT II.

Interim Dione Syracuſis interfecto, Dionyſius rurſus Syracuſarum potitus eſt: 1
cujus adverſarii opem a Corinthiis petierunt, ducemque, quo in bello uterentur, poſtularunt. Huc Timoleon miſſus, incredibili felicitate Dionyſium tota Sicilia depulit. Quum interficere poſſet, no- 2
luit: tutoque ut Corinthum perveniret, effecit: quod 1 utrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſaepe adjuti fuerant, cujus benignitatis memoriam volebat 2 exſtare; eamque praeclaram victoriam ducebat, in qua plus eſſet clementiae, quam crudelitatis: poſtremo, ut non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur,

ſpicere non ſuſtinuiſſe, poſtea vero a populo ad munera publica obeunda revocatum, & a Teleclide civitatis principe ad quaevis egregia incitatum, ad intermiſſum opus rediiſſe. Vide Eumdem T. 1. p. 238, 239.

1 *Utrorumque Dionyſiorum.*] Pro utriusque Dionyſii. Sic *utraſque palmas* pro *utramque palmam* Virg. v. Aen. 233. ubi v. Serv.

2 *Exſtare.*] Proprie Livius L. xxvi, c. 13. *Ne memoria originum ſuarum exſtaret.*

retur, quem & ex quanto regno ad quam
3 fortunam detrusisset. Post Dionysii decessum 1 cum Hiceta bellavit, qui adversatus fuerat Dionysio: quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod ipse, expulso Dionysio,
4 imperium dimittere noluit. Hoc superato, Timoleon maximas copias Karthaginiensium apud 2 Crimissum flumen fugavit, ac satis habere coëgit, si liceret Africam obtinere, qui jam complures annos possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam

1 *Cum Hiceta.*] Hunc superatum Timoleon coëgit, privatum vivere in Leontinis. V. Plut. Timol. p. 247. sed, qui hoc cum caeteris tyrannis commune habens, ut privatus vivere non posset, dum Timoleon in *Caulonia*, ita legendum apud Plutarchum, non *Calauria* (v. cl. Dorvillium ad Charitonem Lib. I. cap. 4. & Eruditos Lipsienses in Actis Novis M. Januarii A. 1751. p. 104.) Castra moveret, invaserat Syracusanorum agros, sed postea captus vivus cum filio Eupolemo, & necatus est a Timoleonte. V. Plut. in Timol. p. 251, 252. Hicetis ejusque filii uxores & filiae deinceps a Syracusanis letho datae sunt. V. Plut. l. l. & in Dione p. 983. ubi dicit, duas Hicetae filias a Syracusanis esse interfectas. De hujus Hicetae inprobitate quaedam vidimus ad Dionis vitam cap. 1. & de eo plura dabit cl. Wesseling ad Diod. Sicul. Lib. XVI. cap. 67, & 82.

2 *Crimessum.*] Lege *Crimissum*. V. Munck. ad Hygini fab. 273.

etiam 1 Mamercum, Italicum ducem, hominem bellicosum & potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

CAPUT III.

Quibus rebus confectis, quum pro- 1
pter diuturnitatem belli non solum 2 regiones, sed etiam urbes desertas videret, conquisivit, quos potuit, primum Siculos; deinde Corintho arcessivit colonos, quod ab his initio Syracusae erant conditae. Civibus veteribus sua 2
restituit, novis bello vacuefactas possessiones divisit, urbium moenia disjecta, fanaque (deserta) refecit, civitatibus 3 leges libertatemque reddidit: ex maximo bello tantum otium totae insulae conciliavit,

1 *Mamercus*] Hic Catanae tyrannus, vocatur πολεμιστὴς ἀνὴρ, καὶ χρήμασιν ἐῤῥωμένος. Plut. Tim. p. 241. ad haec ἐπὶ τῷ ποιήματα γράφειν, καὶ τραγῳδίαις μέγα φρονῶν. v. p. 251. de hoc vero ejus nomine cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. XVI. cap. 69.

2 *Regiones.*] I. e. agros urbibus adjacentes, & parentes, ut recte explicat Vir doctus in Schediasmate Nomico Philologico Ottocari Hammensis p. 155.

3 *Leges*] A Diocle factas, emendavit per Cephalum & Dionysium Corintho arcessitos. v. cl. Wesseling ad Diodor. Sicul. L. XVI. cap. 82.

vir, ut hic conditor urbium earum, non illi, qui initio deduxerant, videretur.
3 1 Arcem Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disjecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis
4 manerent. Quum tantis esset opibus, ut etiam invitis imperare posset, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret: maluit se diligi, quam metui. Itaque quum primum potuit, imperium deposuit, & privatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. neque vero id
5 inperite fecit. Nam quod ceteri reges imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit: neque postea res ulla Syracusis gesta est publice, de qua prius sit decretum, quam Timoleon-

1 *Arcem.*] Servitutis instrumentum, sive tyrannorum tutelam. Adde iis, quae Viri docti ad h. l. notant, Serv. ad Virg. IV. Aen. 410. Livium II, 7. & Plut. in Timol. p. 246. Hinc a Latinis *arces* vocantur receptacula, & quasi tutissima refugia latronum, unde & facile excursiones facere, & sese adversus hostes tueri possunt: V. Duk. ad Flor. III, VI, 5. ab hostibus arcendis dictae. V. Serv. ad I. Aen. 24. *Occupare arcem*, statuere, ac firmare sibi dominationem in civitate libera notat. V. Interpr. ad Phaedrum Lib I. fab. 2.

leontis sententia cognita. Nullius umquam 6
consilium non modo antelatum, sed ne
comparatum quidem est. neque id magis
benevolentia factum est, quam prudentia.

CAPUT IV.

Hic quum aetate jam provectus esset, 1
sine ullo morbo 1 lumina oculorum amisit. quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eo minus privatis publicisque rebus interfuerit. Veniebat 2
autem in theatrum, quum ibi concilium populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis, atque ita de vehiculo, quae videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam tribuebat superbiae. Nihil enim umquam, neque insolens, neque gloriosum, ex ore ejus exiit: qui 3
quidem, quum suas laudes audiret praedicari, numquam aliud dixit, quam se in ea re maximas diis gratias agere, atque habere, quod, quum Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent. 2 Nihil enim rerum huma-

1 *Lumina oculorum amisit.*] Caecitatis morbus dicitur fuisse ejus generi familiaris a Plutarcho in Ejus Vita pag. 254.

2 *Nihil rerum humanarum sine deorum numi-na*

manarum ſine deorum numine geri putabat. Itaque ſuae domi ſacellum 1 *αὐτοματίας* conſtituerat, idque ſanctiſſime colebat.

CAPUT V.

1 Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles adcesſerunt caſus. Nam praelia maxima natali die ſuo fecit omnia: quo factum eſt, ut ejusdem natalem feſtum haberet univerſa Sicilia. Huic

ne geri putabat.] Hinc adparet veritas dicti Paulli Apoſtoli Ep. I. ad Rom comm. 19. τὸ γνωςὸν τοῦ Θεοῦ Ethnicorum animis ingeneratum eſſe ab ipſo Deo. Hinc cum rationem ſeſe prementium malorum non viderent, dicere ſolebant. *Sic viſum ſuperis.* v. Caſaub. ad Strabon. Lib. IV. p. 279.

1 'Αυτοματίας.] Hoc templum *αὐτοματίας* videtur divellere ſententiam praecedentium verborum; ſed vix credo, hanc vocem hoc loco per *fortuitum caſum* eſſe explicandam. Vox *αὐτόματον* ſaepe obponitur ei, quod ab hominibus, ſive humanarum manuum opera factum eſt, & pro eo ponitur, quod divinae providentiae originem ſuam debet. ſic Aelian. L. III. V. H. c. I. οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ φύσεως αὐτομάτου. & αὐτόματος κέλαδος, Sacerdotis Delphicae reſponſum vocatur, quod reddidit illa vates ſibi ab Apolline ipſo editum non rogata, ſive conſulta a Batto, v. Schol. Pindari O. Pyth. IV. vs. 107. & ita, ſalvo meliori judicio, ἡ αὐτο-

Huic quidam Lamestius, homo petulans, a & ingratus, vadimonium quum vellet imponere, quod cum illo se lege agere diceret, & complures concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coërcere conarentur: Timoleon oravit omnes, ne id facerent. Namque id ut Lamestio ceterisque liceret, se maximos labores summaque adisse pericula. Hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet legibus experiri, liceret. Idem,

τομ
ατία notat *providentiam quandam divinam*, sive *beneficium sibi nil tale merenti, nec opinanti ab ipso Deo datum*, quo ducem Dii se potissimum esse voluissent, quum Siciliam recreare constituissent. Audi Plutarchum Praec. Polit. T. II. p. 816. ὅθεν οἱ μεγάλοι καὶ Δαίμονα, καὶ τύχην τοῖς καθορθώμασιν συνεπιγράφουσιν, ὡς Τιμολέων ὁ τὰς ἐν Σικελίᾳ καταλύσας τυραννίδας αὐτοματίας ἱερὸν ἱδρύσατο Vide ibi caetera. Ergo hoc factum non athei hominis animum prodit, ut putat Ernestius. Adhaec consecravit suas aedes ἀγαθῷ δαίμονι. V. Plut. T. II. p. 542. De sui Laude. quem ἱερὸν δαίμονα idem vocat T. I. in Timol. p. 253. Denique in Siciliam profecturus Delphis Apollini sacra fecit. Vide Eumdem p. 239. Ergo Atheis non est adnumerandus, sed modestis, nihil suae virtuti tribuentibus; sed Deo, fortunam regenti omnem. De Timoleontis felicitate, cui, ut Pompejo, venti tempestatesque obsecundare fuere visae, praeclara dat Plutarchus in Tim. p. 249, 250, 251.

3 Idem, quum quidam Lamestii similis, nomine Demaenetus, in concione populi, de rebus gestis ejus detrahere coepisset, ac nonnulla inveheretur in Timoleonta, dixit, nunc demum se voti esse damnatum. Namque haec a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua cuivis liceret, de quo vellet, inpune di-
4 cere. Hic quum diem supremum obiisset, publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonteum appellatur, 1 tota celebrante Sicilia, sepultus est.

1 *Tota celebrante Sicilia*] Scil. ejus funus. Sic Curtius Lib. VIII cap. 2. *Utriusque funus omni adparatu, atque honore celebratum est.*

XXI. DE REGIBUS.

Caput I.

Hi fere fuerunt Graeciae gentis 1
duces, qui memoria digni videbantur, praeter REGES. Namque eos adtingere noluimus, quod omnium res gestae separatim sunt relatae. Neque tamen
hi admodum sunt multi. Lacedaemonius 2
autem Agesilaus, nomine non potestate fuit rex: sicuti ceteri Spartani. Ex his vero, qui dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt (ut nos judicamus) 1 Persarum Cyrus, & Darius Hystaspis filius: quorum uterque privatus virtute regnum est adeptus. Prior horum apud Massagetas in praelio cecidit. Darius se-
nectute diem obiit supremum. Tres sunt 3
praeterea ejusdem generis, Xerxes, & duo Artaxerxes, 2 Macrochir & Mnemon,

1 *Persarum Cyrus, in praelio cecidit.*] Consule, quos laudat cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. II. c. 44.

2 *Macrochir.*] Strabo Lib. XV. p. 1068. Δαρεῖον, τὸν μακρόχειρα, καὶ κάλλιστον ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων, καὶ τῶν πήχεων, ἅπτεσθαι

mon. Xerxi maxime eſt inluſtre, quod
maximis poſt hominum memoriam exer-
citibus, terra marique bellum intulit Grae-
4 ciae. At Macrochir praecipuam habet
laudem ampliſſimae pulcherrimaeque cor-
poris formae: quam incredibili ornavit
virtute belli. Namque illo Perſes nemo
fuit manu fortior. Mnemon autem juſti-
tiae fama floruit. Nam quum matris ſuae
ſcelere amiſiſſet uxorem, tantum indulſit
5 dolori, ut eum pietas vinceret. Ex his
1 duo eodem nomine, morbo naturae de-
bitum

ἀθαι· γὰρ καὶ τῶν γονέτων. Verum errat Strabo; nam non Darius; ſed Artaxerxes fuit Macrochir. Hunc Strabonis errorem detexit B. Briſſonius Lib. 1. de R. Perſarum cap. 183. p. 258. habebat modo hic Artaxerxes, τὴν δεξιὰν μείζονα τῆς ἑτέρας. ut ait Plut. in Artaxerxe p. 1011. in f. Hic fuit Xerxis & Amaſtridis filius. V. Platon. Alcib. 1. p. 442. Amaſtrin enim duxerat Xerxes Otanis filiam. Herodot. L. VII. cap. 61. Graece *Artoxerxes* vocatur a Plutarcho & aliis, & de Graeca vocis ſignificatione videndus Herodotus L. VI. cap. 98. De tempore noſtri Longimani imperii vide cl. Weſſeling. ad Diod. Sicul. L. XII. cap. 64.

1 *Duo eodem nomine Naturae debitum reddiderunt.*] Locutio elegans eſt, ut jam olim monſtratum eſt, & ſic Iſocrates Orat. Paneg. p. 125. Τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν Artaxerxis Mnemonis mortem maturavit, licet aetate & viribus jam confecti,

bitum reddiderunt: tertius 1 ab Artabano praefecto ferro interemptus est.

CAPUT II.

Ex Macedonum autem genere duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria: 1 Philippus Amyntae filius, & Alexander Magnus. Horum alter Babylo- 1

fecti, luctus, & animi aegritudo, suscepta ex clade filii Arsamis. V. Plut. in Artaxerxe p. 1027 & sine dubio ex insidiis a filio Dario, in quem vivus imperium transtulerat, sibi factis. V. Justinum Lib. x. cap. 1, & 2.

1 *Ab Artabano.*] Qui etiam Artaxerxem ferro interficere conatus, ab eo interemptus est. V. Diod. Sicul. L. xi. cap. 69. Aelianus Lib. xiii. V. H. cap. 3. narrat, Xerxem a filio in cubili necatum fuisse, sed huius errorem monstrarunt jam Aeliani interpretes.

2 *Philippus Amynthae filius.*] Hic, Atheniensibus, Boeotiis & Corinthiis ad Chaeroneam devictis, dominus Graecae factus est. Vide Strabon. Lib. ix. p. 634. Dionys. Halicarn. Lib. ii. A. R. cap. 17. Adde Alexandri orationem apud Arrianum Lib. vii. E. A. M. cap. 9. & Justin. Lib. vi. cap. 9. & Lib. viii. & Lib. ix. toto. Diodor. Sicul. L. xvi. a cap. 84. usque ad cap. 90. De anterioribus Macedoniae regibus rerum gestarum gloria Philippo & Alexandro inferioribus Justin. Lib. vii. cap. 1. & 2. & Dexippus apud Eusebium in Chronico pag. 57.

bylone morbo consumptus est. Philippus 1 Aegis a Pausania, quum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est. Unus Epirotes Pyrrhus, 2 qui cum populo Rom. bellavit. Is quum 3 Argos oppidum obpugnaret in Peloponneso, 4 lapide

1 *Aegis a Pausania*] Vide de tota hac historia Aelianum III. V. H. 45. & Diod. Siculum Lib. XVI. a cap. 91. usque ad finem libri laudati, cum utriusque interpretibus.

2 *Qui cum populo Rom. bellavit.*] Primus omnium Graecorum cum Populo Romono bellavit Pyrrhus. V. Pausan. L. I. cap. 11, 12. fuit filius Aeacidae, vide praeter Pausaniam etiam Diod. Sicul. L. XIX. c. 35. ad quem suum propinquum Olympias in Epirum fugerat metu Antipatri, vide cl. Wesseling ad Diod. Sicul. L. XVIII. cap. 57. quia inter Antipatrum & Olympiadem jam vivo Alexandro mutua fuerat simultas, de qua Curtius L. x. cap. 4. §. 10. cum Freinshemii nota. Pyrrhus vero Romanis bellum intulit, inductus ambiguo Apollinis a sese consulti responso. V. Column. ad Ennii fragm. p. 58. Davis. ad Ciceron. II. de Divinat. cap. 56. & Interpr. ad S. A. Victorem de Viris Illustr. cap. 35. Hic primus elephantos in Italiam adduxit. Vide hoc & plura de eo in Eruditorum notis ad Florum I, 18.

3 *Argos*] Hinc Livius Argos, non ita vetere fama, quam Pyrrhi morte nobilitatos ait Lib. XXXI. cap. 7.

4 *Lapide ictus.*] Varias de morte Pyrrhi sententias dedi in Observ. Miscell. Vol. X. Tom. III. p. 395, 396, 397.

de ictus interiit. Unus item Siculus, 1 Dionysius prior. Nam & manu fortis

1 *Dionysius prior.*] Hic juxta Ciceronem Lib. V. Tuscul. Quaest. cap. 20. bonis parentibus & honesto loco natus fuit. sed idem addit *etsi id quidem alius alio modo tradidit.* Certe lis fuit inter antiquos de genere hujus Dionysii. filius agasonis sive asinorum agitatoris vocatur ab Helladio apud Photium pag. 1580. nomen patris erat Hermocrates. Lis ergo inde orta est, quia fuere duo Hermocrates; quorum alter fuit hujus Dionysii pater, alter Socer. Pater Dionysii Hermocrates fuit vir infimae sortis. Sed Socer ejus Hermocrates fuit Hermonis filius, vir nobilissimus, de quo Plut. in Nicia p. 523, 533. Diod. Sicul. L. XIII. cap. 4. a quo conlega vocatur Sicani, & Heraclidae, qui Sicanus conlega Agatharchi etiam dicitur a Thucydide Lib. VII. cap. 70. de hoc Sicano Diod. L. XIII. cap. 11. Hermocrates vero hic ab eodem Diod. cap. 34. vocatur πρωτεύων τῶν πολιτῶν. de hujus rebus gestis vide cap. 63. & de fato cap. 75. Adde de duobus Hermocratibus Celeb. Dorvillium ad Chariton. pag. 11, 12. Hermocratis filiam, statim postquam arcem occupasset Syracusarum, duxerat Dionysius in matrimonium, sed quae mulier, atrocissimis injuriis & contumeliis a Syracusanis, nondum firmatae mariti sui tyrannidi obsistentibus, adfecta, conscivit sibi mortem vide. Plut. in Dione p. 958, 959. De hujus morte etiam non convenit inter doctos. Justinus Lib. XX. cap. 5. dicit, eum assiduis belli certaminibus victum fractumque ad postremum suorum insidiis fuisse interfectum, sed Faber ad Justinum, & Bunemannus ad Lactan-

tis, & belli peritus fuit, &, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinofus, 1 non luxuriofus, 2 non avarus,

tantium Lib. II. Inftitut. cap. 4. p. 188. putant, Juftinum haec narrare fine reliquorum fide. Attamen fecundum Nepotem in Dione cap. 2. maturavit eius mortem fopor, quem medicos patri fuo aegro Dionyfius filius dare coegerat. Regnaffe dicitur octo & triginta annos, ab Helladio apud Photium p. 1580. adde cl. Weffeling ad Diod. Sicul. Lib. xv. cap. 73. Quando Dionyfius fenior tyrannidem occupaverit, refert Dionyfius Halicarnaff Lib. VII. A. R. cap. 1. ejusque imperii initium docet Ed. Corfinus in Archontibus Atticis adverfus Plutarchum, & Juftinum Lib. v. cap. 8. ubi pro *exilio*, legit *exordio.* vide Acta Lipfienfia M. Julii A. 1753. p. 396. De eius felicitate, de qua hic Nepos multa profert, agit etiam Lactantius Inftitut. Epitom. cap. 25. p. 1244. De infano poëtices amore, quo captus fuit Dionyfius fenior. V. cl. Weffeling ad Diod. Sicul. Lib. xv. cap. 6. & Interpr. ad Aelian. Lib. XIII. V. H. cap. 18.

1 *Non luxuriofus.*] Helladius tamen apud Photium p. 1588. vocat eum ὑπὸ τῆς ἐξουσίας, καὶ τῶν κολάκων, καὶ τῆς τρυφῆς διαφθειρόμενον: Vino deditum fuiffe docet cl. Weffeling ad Diod. Sicul. xv, 74. Neque de caeteris tyrannis meliora fperanda. Confule de Dionyfii Heracleenfium tyranni primi, aliorumque luxuria Athenaeum Lib. XII. cap. 12. p. 549, 550. & de fola Dionyfii Heracleotae luxuria Memnonem apud Photium p. 710, 711.

2 *Non avarus.*] Sacrilegii tamen eum infimulat

rus, nullius rei denique cupidus; niſi ſingularis perpetuique imperii, ob eamque rem crudelis. Nam dum id ſtuduit munire, nullius pepercit vitae, quem ejus inſidiatorem putaret. Hic quum virtute ty- 3
rannidem ſibi peperiſſet, 1 magna retinuit felicitate: 2 majorque annos ſexaginta natus deceſſit florente regno. Neque in tam multis annis cujusquam ex ſuâ

lat Cicero L. III. de N. D. cap. 34. cum Aeliano Lib. I. V. H. c. 20. quamquam alii ejus filio hoc crimen adtribuant, ut utriusque Interpretes notant.

1 *Magna felicitate.*] Miſeram tamen egit vitam. Vide Ciceron. Lib. V. Tuſc. Diſp. cap. 20. & Lib. II. de Offic. cap. 7. & ſcriptores ab ejus Interpretibus citatos. De filio ejus vidimus ad vitam Dionis cap. 5. qui omnibus Graecis invisus, (vide Dionyſ. Halicarn. T. II. in de Lyſia judicio cap. 29. p. 146.) tandem regno exutus. & pretioſiſſimas res, quas ſecum ſumpſerat (vide ad Dion. l. l.) Dionyſio Heracleenſium tyranno vendere coactus (vide Memnonem apud Photium p. 710.) Corinthi ludum aperuit, ut aliquam regni ſpeciem ſaltim inter pueros obtineret, ut dicit Manutius ad Ciceronem Lib. V. in Verrem, Act. II. cap. 55. Vide Juſtinum Lib. XXI. cap. 5.

2 *Majorque annos ſexaginta natus.*] Legit poſt alios *majorque ſexaginta annis natu* Dukerus ad Livium Lib. XLV. cap. 32. contra ſententiam Burmanni ad Petronium cap. 57. p. 285. quem ſequor.

sua stirpe funus vidit, quum ex tribus uxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes.

CAPUT III.

1 1 Fuerunt praeterea magni reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum ejus imperia ceperunt. In his Antigonus,

1 *Fuerunt praeterea, magni Reges ex amicis Alexandri Magni*] Lectio non est sollicitanda. Qui hic ex amicis Alexandri Magni a Nepote vocantur Reges, non statim ab initio Reges sese appellarunt, sed, ut jam supra ostendi, post mortem Eumenis, & suam indies auctam potentiam. Primi ex his praefectis, qui Regio titulo insigniti sunt, fuere Antigonus, & ejus filius Demetrius. ANTIGONUS hic fuit Philippi filius, sed cujus Philippi, ignotum est, dum plures hujus nominis in Macedonia exstiterunt. Vide Periz. ad Aelian. Lib. XII. V. H. cap. 43. Unum habuit oculum, unde Cyclops dictus fuit. Vixit annos octoginta & unum, quando belli cum Eumene gesti diuturnitate fatigatus, & deinde in praelio adversus Seleucum & Lysimachum multis vulneribus confectus, cecidit. Vide Pausaniam Lib. I. cap. 6. p. 16, 17. & Lucian. T. III. de Macrobiis p. 215, 216. Huic mortem praedixerat vates quidam memoratus ab Arriano Lib. VII. Exp. A. M. cap. 18. p. 298. Eidem Antigono post Alexandri mortem obtigerat praefectura Pamphyliae, & Ciliciae usque ad Phrygiam. Vide Dexippum apud

gonus, & hujus filius Demetrius: 1 Lysimachus, 2 Seleucus, 3 Ptolemaeus. Ex his An-

apud Photium p. 199. Deinde plurimis in Asia dynastiis potitus, Asiam tenuisse dicitur a Memnone apud eumdem Photium p. 710. Hic, Ptolemaeo a filio Demetrio navali pugna debellato, sese cum Demetrio filio Regem a populo appellari jussit; & uterque diadema sumpsit. Vide Diod. Siculum Lib. xx. cap. 53. Plutarchum in Demetrio p. 896, Justinum Lib. xv. cap. 2. & alios. Primum omnium Athenienses Antigonum, ejusque filium Demetrium Reges appellasse dicuntur ab eodem Plutarcho p. 893. qui p. 896. addit, caeteros quidem praefectos hujus utriusque exemplum fuisse secutos, praeter Cassandrum. Hinc Antigonus quoque Alexandream suo nomine Antigoniam appellavit. Vide Strabon. Lib. xiii. p. 887. De hujus Antigoni superbia vide Periz. ad Aelian. L. xii. V. H. cap. 16. DEMETRIUS vero ab aliis non Antigoni, sed fratris Antigoni filius dicitur, teste Plut. p. 889. cognominatus Poliorcetes, cujus cognominis caussam docent Diodorus Siculus, & Ammianus Marcellinus. V. cl. Wess. ad Diod. Sicul. Lib. xx. cap. 92. in cujus cognominis vanitatem, quippe Regum ab Homero memoratorum titulis contrariam, qui non ἑλεπόλεις, sed λαμβάνοντες, ῥυόμενοι καὶ φυλάσσοντες θέμιστας πρὸς Διός, qui etiam non πολιορκητὴς, sed πολιεὺς, & πολιοῦχος dictus est, multa invectus est Plutarchus p. 909. Hic patrem imitatus urbem in Thessalia conditam a se quoque Demetriadem appellavit. V. Strabon. Lib. ix. p. 666. Hic est ille Demetrius Poliorcetes, qui Demetrium Phale-

 reum

Antigonus, quum adversus Seleucum, Lysimachumque dimicaret; in praelio occi-

reum Athenis ejecit, & Atheniensibus libertatem, & popularem potestatem reddidit. V. Diod. Sicul. Lib. xx. cap. 45, 46. & Plut. in Demetrio p. 892, 893. qui uterque plura hic non repetenda de hoc Demetrio proferunt. Unum hoc tamen addere debeo e Plut. p. 909. καί ποτε πρεσβυτέρου γυναικὸς κόπτοντος αὐτὸν ἐν παρόδῳ τινὶ, καὶ δεομένου πολλάκις ἀκουσθῆναι φήσας μὴ σχολάζειν, ἐνκραγόντος ἐκείνου, καὶ μὴ βασίλευε, εἰπόντος, δηχθεὶς σφόδρα, καὶ πρὸς τούτῳ γενόμενος, ἀνέστρεψεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ πάντα ποιησάμενος ὕστερα, τοῖς ἐντυχεῖν βουλομένοις, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς πρεσβύτιδος ἐκείνης, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐσχόλασεν. quia fere eadem videtur esse historia, quam noster Servator in exemplum adducit in Euang. Lucae cap. 18. §. 2.

1 *Lysimachus.*] Meretur & hic magnis hisce regibus adnumerari. Dicitur enim hic (Alexandri Satelles) Agathoclis filius fuisse inlustri Macedoniae loco natus, & virtutis experimentis omni nobilitate clarior. Vide Justinum Lib. xv. cap. 2. Huic post mortem Alexandri obtigit Thraciae, quae Macedoniae finitima est, praefectura, V. Pausan. L. 1. cap. 9. p. 22. & Diod. Sicul. Lib. xviii. cap. 3. Hac provincia non contentus, primum Corysas, deinde Getas bello adfecit, quibus se cum exercitu dedere fuit coactus, & quidem siti compulsus. V. Plut. T. ii. p. 126. de Sanit. Tu. & p. 183. in Apophth. & de his, qui sero a Num. pun. p. 555. quamquam Pausanias p. 23. dicit, eum sibi fuga salutem quaesivisse. Memnon apud Photium p. 711. a Plutarcho stat, dicens, Lysimachum

occiſus eſt. Pari leto adfectus eſt Lyſimachus a Seleuco. Nam ſocietate diſſoluta, bellum inter ſe geſſerunt. At Demetrius, quum filiam ſuam Seleuco in matri- 3

chum captum eſſe cum Clearcho, qui una cum Lyſimacho adverſus Getas ſtrenue belligeravit; ſed utrumque poſtea dimiſſos. Hic, Antigono Demetrii filio, & Pyrrho Epirota devictis, Macedonia univerſa potitus eſt. V. Pauſ. L. 1. cap. 10. & Dexippum apud Euſebium L. 1. Chronic. p. 58. In Iſthmo Thraciae Cherſoneſi Lyſimachiam condidit v. Pauſ. c. 9. ejusdem Libri, quae, poſtquam duos & viginti annos ſteterat, terrae motu everſa eſt. V. Juſtin. Lib. xvII. cap. 1. Regno ſuo ejecit omnes Sophiſtas v. Athenaeum L. xIII. cap. 9. p. 610. Gazam ſuam ſervavit Pergami v. Strabon. Lib. xIII. p. 925. qui quoque Lyſimachum a Seleuco, & Seleucum a Ptolemaeo Ceranno interfectum eſſe dicit. Lyſimachus, cum a Seleuco interficiebatur, agebat annum octogeſimum. Vide Lucianum T. III. de Macrobius p. 216 ubi de ejus aetate videndus J. Majus. Secundum Memnonem apud Photium p. 713. non ab ipſo Seleuco Lyſimachus occiſus eſt, ſed pilo trajectus fuit a quodam Heracleota, qui ſub Seleuco militabat, cujus nomen erat Malacon. Sub hoc rege Lyſimacho floruit Diphilus Siphnius. V. Athenaeum Lib. II. cap. 11. p. 51. fuit hic celeberrimus medicus, qui librum conſcripſit de cibariis aegroto & ſano utilibus. V. L. III. cap. 7. p. 82. & Lib. xIv. cap. 17. p. 650.

2 *Seleucus.*] Hic ab Arriano Lib. vII. Exp. A. M. c. 22. p. 304. creditur maximus poſt Alexan-

trimonium dedisset; neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset, captus bello in custodia soceri generi, periit morbo. Neque ita multo post Seleucus a Pto-

Alexandrum fuisse rex, animoque maxime regio praeditus, & plurimis post Alexandrum regnis imperasse. de cujus clara virtute, & origine admirabili Justinus Lib. xv. cap. 4. Hic ob victorias de barbaris reportatas cognominatus fuit Nicator. Vide Dexippum apud Eusebium L. I. Chronic. p. 58. quod cognomentum primus intulisse dicitur Seleucus, unde ei quoque templum Nicatorium, tamquam Heroi exstructum fuisse traditur. V. Spanhem. T. I. Dissert. VII. de Praest. & Usu Num. Ant. p. 413. Quaenam provincia ei post Alexandri mortem fuerit adtributa, docet Dexippus apud Photium p. 201. & Arrianus apud eumdem p. 224. Caetera de Seleuco, & ingratissimo ac scelestissimo isto Seleuci interfectore Ptolemaeo Cerauno profert Memnon cap. 13. apud eumdem p. 716, 717. & alii jam a cl. Bosio citati. & de cognomento *Cerauni* Vide Spanhem. Diss. VII. de Praest. & Usu Num. Ant. p. 430.

3 *Ptolemaeus.*] Qui sequitur, ut bene a Lambino & Bosio observatum est, fuit Lagi filius. V. Freinsh. ad Curt. IX, 8, 22. cognominatus σωτὴρ. De caussa cognomenti Arrianus Lib. VI. Exp. A. M. cap. 11. p. 248. & quae dixi ad Hygin. L. II. Ast. P. cap. 24. cum Spanhemio Diss. VII. de Praest. & Usu Numism. p. 415, 416. T. I. natione fuit Eordensis. V. Arrian. Exp. A. M. cap. 28. Libri VI. p. 269, & in Indicis cap. 18. p. 332. Hic fuit Alexan-

a Ptolemaeo Ceruano dolo interfectus est: quem ille a patre expulsum Alexandrea, alienarum opum indigentem receperat. Ipse autem Ptolemaeus, quum vivus filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita pri-

Alexandri corporis custos. V. Curt. L. IX. cap. 8. §. 23. & J. Gron. ad Arrianum Lib. I. Exp. A. M. cap. 23. p. 47. quem ex gregario milite Alexander virtutis causa provexerat. V. Justin. L. XIII. cap. 5. Post Alexandri mortem huic Aegypti totius, Libyae, & terrae Aegypto adjacentis imperium datum est. Vide Dexippum apud Photium p. 199. & Interpr. ad Curtium L. X. c. 19. §. 1. Hic Regum suae aetatis felicissimus, Aegypti regnum tenuit ad quartum & octogesimum aetatis annum, v. Lucian. T. III. de Macrobiis p. 216. Recte vero a Bosio notatus error est Nepotis, narrantis, hunc Ptolemaeum a filio Ptolemaeo Ceruano vita privatum fuisse, cum nemo veterum hoc tradidit; sed Ptolemaeorum numerus magnus fuit, unde error ille memoriae ortus est. Agnoscit ipse Aelianus Lib. XIV. V. H. cap. 43. propter numerum Ptolemaeorum res gestas confundi, ubi vide Periz. Hic est ille Ptolemaeus, qui Res Alexandri gestas scripsit secundum veritatem historicam, cum jam Rex Aegypti esset. v. Voss. Lib. I. de Hist. Gr. p. 60, 61. sed satis de hoc dictum puto, nam si omnia de commemoranda in medium proferrem, notarum modum excederent. Interea juvenes observent elegantiam scriptoris, eamdem sententiam varie exprimentis, nam de horum Regum nece agens, nunc voce *occi-*

 sus,

5 privatus dicitur. De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur, non praeterire Hamilcarem, & Hannibalem: quos & animi magnitudine & calliditate omnes in Africa natos praestitisse constat.

sus, nunc *pari leto adfectus*, nunc *interfectus*, nunc *vita privatus* utitur. Eamdem elegantiam, codicum auctoritate e tenebris in lucem erutam, ostendit in Valerio Maximo Perizonius ad Lib. IV. cap. I. §. 6. Sic quoque Noster in Attico cap. 5. *Cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime*, & paullo post, *utebatur autem intime Q. Hortensio.* Curtius Lib. VII. cap. 2. §. 9. *Eadem fide redite mecum in gratiam, qua ipse vobiscum revertor* Praeiverunt Graeci. Xenophon Lib. II. Exp. Cyri p. 229, 230. primo dixit τελευτᾶν. Deinde ἀποθνήσκειν. tertio τελευτῆς τυχεῖν Hanc elegantiam in S. S. observavit quoque Bidermannus in Otiis Literatis p. 106.

XXII.



Apud Fulvium Ursinum in nomismate Argenteo

XXII. HAMILCAR.

CAPUT I.

HAMILCAR, HANNIBALIS F. cognomine 1 Barcas, Karthaginiensis, primo Poenico bello, sed temporibus extremis, admodum adolescentulus in Sicilia praeesse coepit exercitui. Quum ante 1

2

1 *Barcas.*] Hinc Hannibal Barcae filius vocatur a Plutarcho T. II. de Virt. Mul. p. 248. V. Cl. Wess. ad Diod. Sicul. Ecl. p. 567.

ante ejus adventum & mari & terra male res gererentur Karthaginiensium, ipse ubi adfuit, numquam hosti cessit, neque locum nocendi dedit: saepeque e contrario, occasione data, lacessivit, semperque superior discessit. Quo facto, quum paene omnia in Sicilia Poeni amisissent, ille Erycem sic defendit, ut bellum eo loco gestum non videretur.
3 Interim Karthaginienses classe apud Insulas Aegates a C. Lutatio, consule Romanorum, superati, statuerunt belli finem facere, eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris. Ille etsi flagrabat bellandi cupiditate, tamen paci serviendum putavit, quod patriam, exhaustam sumtibus, diutius calamitatem belli ferre non posse intelligebat:
4 sed ita, ut statim mente agitaret, si paullum modo res essent refectae, 1 bellum renovare, Romanosque armis persequi, donicum aut certe vicissent,
5 aut victi manus dedissent. Hoc consilio pacem conciliavit: in qua tanta fuit ferocia, ut, quum Catulus negaret, se bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerunt, armis relictis, Sicilia
6 decederent: subcumbente patria, ipse periturum se potius dixerit, quam cum tanto

1 *Bellum renovare.*] Nepotem imitatus Curtius Lib. IV. cap. 6. §. 1. *bellum renovandum* dixit, ubi nulla codicum est mutatio.

to flagitio domum rediret. non enim suae esse virtutis, arma a patria accepta adversus hostes, adversariis tradere.

CAPUT II.

Hujus pertinaciae cessit Catulus. At 1
ille, ut Karthaginem venit, multo aliter, ac sperabat, Rempublicam se habentem cognovit. Namque diuturnitate externi mali tantum exarsit intestinum bellum, ut numquam pari periculo fuerit Karthago, nisi quum deleta est. Pri- 2
mo mercenarii milites, qui adversus Romanos fuerant, desciverunt: quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam, ipsam Karthaginem obpugnarunt. Quibus malis adeo sunt 3
Poeni perterriti, ut etiam auxilia a Romanis petiverint, eaque impetrarint. Sed extremo, quum prope jam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem imperatorem fecerunt. Is non solum hostes a 4
muris Karthaginis removit, quum amplius centum millia facta essent armatorum: sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi, plures fame, quam ferro, interirent. Omnia oppida abalienata, in his Uticam atque Hipponem, valentissima totius Africae, restituit patriae. Neque eo fuit contentus, sed etiam fines 5

imperii propagavit, tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.

CAPUT III.

1 Rebus his ex sententia peractis, fidenti animo atque infesto Romanis, quo facilius caussam bellandi reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur, eoque secum duxit filium Hannibalem, annorum novem.
2 Erat praeterea cum eo adolescens inlustris, formosus, Hasdrubal: quem nonnulli diligi turpius, quam par erat, ab Hamilcare, loquebantur. Non enim maledici tanto viro deesse poterant. Quo factum est, ut a praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse. Huic ille filiam suam in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdici socero gener.
3 De hoc ideo mentionem fecimus, quod, Hamilcare occiso, ille exercitui praefuit, resque magnas gessit: & princeps largitione vetustos pervertit mores Karthaginiensium: ejusdemque post mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium.

CAPUT IV.

At Hamilcar, postteaquam mare transiit, 1 1 in Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna: maximas bellicosissimasque gentes subegit: equis, armis, viris, pecunia, totam locupletavit Africam. Hic quum in Italiam bellum 2 inferre meditaretur, nono anno, postquam in Hispaniam venerat, in praelio pugnans adversus Vettones occisus est. 3 Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime concitasse videtur secundum bellum Poenicum. Namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus eo est perductus, ut interire, quam Romanos non experiri, mallet

1 *In Hispaniamque.*] Ne offendat aures haec verborum conlocatio. V. Munck. ad Lactant. L. II. Narrat. fab. 1.



Apud Fulvium Ursinum in nomismate Argenteo

XXIII. HANNIBAL.

CAPUT I.

1 HANNIBAL HAMILCARIS F. KARTHAGININIENSIS. Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum, Hannibalem (tanto) praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cun-
2 ctas nationes. Nam quotiescumque cum eo congressus est in Italia, semper discessit supe-

superior. 1 Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset, Romanos vi deretur superare potuisse. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos sic confirmavit, ut prius animam, 2 quam id, deposuerit: qui quidem quum patria pulsus esset, & alienarum opum indigeret, numquam destiterit animo bellare cum Romanis. 3

1 *Quod nisi.*] V. Munck. ad Hygini fab. 16.

2 *Quam id, deposuerit.*] Hannibal omnes peregrinos pro Carthaginiensibus habebat, qui modo Romanos odissent. V. Columna ad Ennii fragm. p. 100. Odium internecivum genti Hannibalicae familiare fuit. Sic Hannibal Gesconis filius natura Graecis infensus erat. V. Diod. Sicul. Lib. XIII. cap. 43. imo plerisque regibus. Sic Philippus Macedo Illyrios oderat odio, quod haereditarium a patre acceperat. Ut idem Diod. narrat Lib. XVI. cap. 69. Alexander delevit Regiam Persarum, quia eorum majores Athenis sub rege Xerxe omnia incenderant V. Arrian. L. III. Exp. A. M. c. 18. p. 131, 132. eodem injusto odio Branchidas occidit. V. Curt. Lib. VII. cap. 5. Justius fuit odium, quo Athenienses Persas persequebantur, neminem aut ad sacras, aut ad publicas res admittentes, nisi juratum Persarum hostem. V. Isocratem in Panegyr. p. 146, 147.

CAPUT II.

1 Nam, ut omittam 1 Philippum, quem absens hostem reddidit Romanis: omnium his temporibus potentissimus Rex Antiochus fuit. 2 Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut usque a rubro mari arma conatus sit inferre Italiae. ad quem quum legati venissent Romani, qui de ejus voluntate explorarent, darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem 3 in subspicionem regi adducerent, tamquam ab ipsis conruptum, alia atque antea

1. *Philippum.*] Hunc Macedoniae Regem Romani, Aetolis adjuvantibus, duce T. Quinctio Flaminio magno praelio vicerunt prope Cynos Kephalas in Thessalia. V Strabon. Lib. IX. p. 673, 674. & quos ibi laudat Casaubonus.

2 *Hunc tanta cupiditate incendit bellandi.*] Adversae factionis homines Romam venerunt, qui Hannibalem insimulabant, litteras, & legatos misisse ad Antiochum, ut sic Romani in illum stimularentur. V. Torren. ad Val. Maxim. Lib. IV. cap. 1. Exemplo 6. Adversus hunc Antiochum a Romanorum partibus stetit Eumenes Pergamenus. V. Strabon. Lib. XIII. p. 926.

3 *In subspicionem regi adducerent.*] Habuit Antiochus Hannibalem subspectum aliquando, sed postea ei omnia sua consilia credidit. V. Excerpta ex Diodoro p. 574.

antea ſentire: neque id fruſtra feciſſent, idque Hannibal comperiſſet, ſeque ab interioribus conſiliis ſegregari vidiſſet: tempore dato adiit ad regem, eique, quum multa [1] de fide ſua & odio in Romanos commemoraſſet, hoc adjunxit: Pater, inquit, meus Hamilcar, puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hiſpaniam imperator proficiſcens Carthagine, Jovi optimo maximo hoſtias immolavit. Quae divina res dum conficie- 4
batur, quaeſivit a me, *vellemne ſecum in caſtra proficiſci?* Id quum libenter accepiſſem, atque ab eo petere coepiſſem: ne dubitaret ducere, tum ille: *Faciam,* inquit, *ſi fidem mihi, quam poſtulo, dederis.* [2] Simul me ad aram adduxit, apud quam ſacrificare inſtituerat: eamque, ceteris remotis, tenentem jurare juſſit, *numquam me in amicitia cum Romanis fore.* Id ego 5
jusjurandum, patri datum, usque ad hanc aetatem ita conſervavi, ut nemini dubium eſſe debeat, quin reliquo tempore eadem mente ſim futurus. Quare, ſi quid amice de Romanis cogitabis; non inprudenter fe-

1 *De fide ſua, & odio.*] Voſſ. Cod. *odium.* ita quoque alii locuti. V. Cl. Arntz. ad Plinii Sec. Paneg. cap. 52.

2 *Simul me.*] Nihil muta. ponitur h. l. pro pro eodem tempore. V. Cl. Oudendorp. ad J. Caeſarem Lib. III. de B. Civ. cap. 13.

feceris, si me celaris. Quum quidem bellum parabis, te ipsum frustraberis, si non me in eo principem posueris.

Caput III.

1 Hac igitur (qua diximus) aetate cum patre in Hispaniam profectus est: cujus post obitum, Hasdrubale imperatore subfecto, equitatui omni praefuit. Hoc quoque interfecto, exercitus summam imperii ad eum detulit. Id Karthaginem delatum, publice comprobatum est. Sic
2 Hannibal minor quinque & viginti annis natus, imperator factus proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subegit. 1 Saguntum, federatam civitatem, vi ex-
3 pugnavit. Tres exercitus maximos compara-

1 *Saguntum.*] Delevit hanc urbem Hannibal contra pacis conditiones cum Romanis olim factas, & ita effecit, ut Romani adversus Carthaginienses iterum arma sumpserint. V. Strabon. Lib. III. p. 240. sed quae hic Strabo breviter in medium profert, egregie inlustrat Cl. Dukerus ad Florum Lib. II. cap. 6. §. 4. Postquam hanc urbem ceperat, visus est Jupiter Hannibali per quietem imperare, ut Italiae bellum inferret. de qua somnii fabula Cicero Lib. I. de Divinat. cap. 24. ubi vide Davisium; saltim Sagunti excidium Hannibali ad bellum Romanum animos fecit. V. Livium Lib. XXXI. cap. 17.

paravit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenaeum transiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit: neminem, nisi victum, dimisit. Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam 4 ab Gallia sejungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum, 1 praeter Herculem Grajum, transierat, quo facto is hodie saltus Grajus appellatur, Alpicos conantes prohibere transitu concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecit[que] ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit.

CAPUT IV.

Conflixerat apud Rhodanum cum P. 1 Cornelio Scipione Cos. eumque pepulerat. Cum hoc eodem Clastidio apud Padum decernit: saucium inde ac fugatum dimittit. Tertio idem Scipio cum 2 conlega Tiberio Longo 2 apud Trebiam ad-

1 *Praeter Herculem Grajum.*] Hinc Silius Italicus Lib. IV. vs. 4. Hannibalem Herculi aequavit. V. ibi Drakenb.

2 *Apud Trebiam.*] Ita narrat haec Plutarchus,

adversus eum venit. cum his manum conseruit: utrosque profligavit. inde per Ligures Apenninum transit, petens Etru-
3 riam. 1 Hoc itinere adeo gravi morbo adficitur oculorum, ut postea numquam dextero aeque bene usus sit. Qua valetudine quum 2 etiam nunc premeretur, lecticaque ferretur, 3 C. Flaminium Cos. apud Trasimenum cum exercitu insidiis circumventum occidit. neque multo post C. Centenium 4 praetorem, cum delecta manu saltus occupantem. Hinc in Apu-
4 liam pervenit. Ibi obviam ei venerunt duo Consules: C. Terentius, & L. Paullus Aemilius. Utriusque exercitus uno
5 praelio fugavit: Paullum Consulem occidit,

chus, in Fabio p. 174. ἐπεὶ δὲ Ἀννίβας ἐμβαλὼν εἰς Ἰταλίαν, καὶ μάχῃ πρῶτον περὶ τὸν Τρεβίαν ποταμὸν, ἐπικρατήσας, αὐτὸς μὲν ἤλαυνε διὰ Τυῤῥηνίας, πορθῶν τὴν χώραν, ἔκπληξιν δὲ δεινὴν, καὶ φόβον εἰς τὴν Ῥώμην ἐνέβαλε.

1 *Hoc itinere.*] Vide Strabonem Lib. v. p. 332. cum Casauboni nota.

2 *Etiam nunc.*] Vide Interpr. ad Caesarem Lib. vi. de B. Gall. cap. 40.

3 *C. Flaminium.*] De hujus gloriosa morte, & cadavere frustra quaesito. V. Plut. in Fabio p. 175.

4 *Praetorem.*] *Praetores* & *Consules* etiam dicuntur Magistratus provinciales. V. Cuper. in Monumentis Antiquis p. 223, 224. & cl. Oud. ad J. Caesar. Lib. i. de B. Civ. cap. 12.

dit, & aliquot praeterea Consulares, in his Cn. Servilium Geminum, qui anno superiore fuerat Consul.

CAPUT V.

Hac pugna pugnata, Romam pro- 1 fectus, nullo resistente, in propinquis urbis montibus moratus est. Quum aliquot ibi dies castra habuisset, & reverteretur 1 Capuam: Q. Fabius Maximus dicta-

1 *Capuam.*] Capua fuit urbs Campaniae in Italia sitae amoenissima, fertilissima, & obportunissima, de cujus egregio situ latissime agit Polybius Lib. III. cap. 91. dicta a campestri agro, sive Graeca voce κᾶπος dorice pro κῆπος, id est, *locus vento perflabilis.* Vide cl. Duker. ad Florum Lib. I. cap. 16, §. 6. Hinc Hannibal Καπύην, ἣ μέγιστον, ἔχει μετὰ Ῥώμην ἀξίωμα τῶν πόλεων, προσθεμένην κατέσχεν, ut ait Plut. in Fabio p. 184. Campani sese & urbem Capuam sine certamine Hannibali dediderant, vide Livium Lib. XXIII. a cap. I. usque ad cap. II, & Athenaeum Lib. XII. cap. 6. p. 528. haec ex Polybii Libro septimo narrantem: Καπυησίους, τοὺς ἐν Καμπανίᾳ, διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς, πλοῦτον περιβαλλομένους, ἐξωκεῖλαι εἰς τρυφὴν, καὶ πολιτέλειαν, ὑπερβαλλομένους τὴν περὶ Κρότωνα, καὶ Σύβαριν παραδεδομένην φήμην; οὐ δυνάμενοι, οὖν φέρειν τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν, ἐκάλουν τὸν Ἀννίβαν, διόπερ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνήκεστα ἔπαθον. Ita legit hunc locum Casaubonus. Ibi exercitus Hannibalis luxuria

&

dictator Rom. in agro Falerno se ei ob-
2 jecit. Hic, clausis locorum angustiis, noctu sine ullo detrimento exercitus se expedivit. Fabio callidissimo imperatori verba dedit. Namque, obducta nocte, sarmenta in cornibus juvencorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam inmisit. Quo repentino objectu viso, tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, 1 ut egredi extra val-
3 lum nemo sit ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus, M. Minucium Rufum magistrum equitum, 2 pari

& deliciis Campanis corruptus est; ut praeter Victorem de viris illustr. cap. 42. pluresque alios docet Servius ad Virgilii VI. Aen. 846. *Fabius ille Maximus, qui postea, cum Hannibalis impetum ferre non posset, mora eum elusit, & ad Campaniam traxit, ubi deliciis Carthaginiensium exercitus obtorpuit.* Confundit vero rerum gestarum ordinem Nepos, ut praeter Lambinum, & Bosium etiam adnotat Dukerus ad Florum Lib. II. cap. 6. §. 28.

1 *Ut egredi extra vallum nemo sit ausus.*] Livius Lib. XXII. cap. 17, & 18. cum Plutarcho in Fabio p. 178. dicit, Romanos in praesidio collocatos in fugam sese dedisse, summa montium juga, majoraque castra petiisse; Fabium vero, hoc tumultu senso, insidias esse ratum, & ab nocturno certamine abhorrentem, suos munimentis tenuisse. Adde Polybium Lib. III. cap. 94.

2 *Pari ac dictatorem imperio.*] Huic M. Minu-

ri ac dictatorem imperio, dolo produ-
ctum in praelium fugavit. Ti. Sempro-
nium Gracchum, iterum Conſulem, in
Lucanis abſens, in inſidias inductum ſub-
ſtulit. M. Claudium Marcellum quin-
quies Conſulem, apud Venuſiam pari
modo interfecit. Longum eſt enumerare 4
praelia. Quare hoc unum ſatis erit di-
ctum, ex quo intelligi poſſit, quantus
ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit, nemo
ei in acie reſtitit, nemo adverſus eum
1 poſt Cannenſem pugnam in campo
caſtra poſuit.

Ca-

nucio Rufo homini temerario, equitum magiſtro eadem poteſtas data fuit, quae Fabio Dictatori, quia Fabio rem cunctando reſtituere conato diffidebat populus, eum proditorem appellans, quo crimine ſemper inſimulantur optime de re publica meriti, ſed non ex vulgi ſententia facientes. Quibus probris in concione Fabium integerrimum proſciderit Tribunus Plebis M. Metilius, docet Plutarchus in Fabio p. 178, 179, 180. & Livius Lib. XXII. cap. 24, & 25. nec non Polybius Lib. III. cap. 102, 103. ſed haec poteſtas non huic Minucio data erat ſtatim ab eo tempore, quo Fabio dictatori additus erat Magiſter equitum, ſed poſtquam magiſtri equitum vanae literae, & falſae de Fabio querelae Romam perlatae erant, quibus plebs, in deteriorem partem ſemper proclivis, fidem habebat, per tribunum plebis efficiens, ut hi duo ſimul dictatores eſſent. —

1 *Poſt Cannenſem pugnam.*] In qua dicuntur

Ro-

CAPUT VI.

11 Hic invictus patriam defensum revocatus, bellum gessit adversus P. Scipionis filium, quem ipse primum apud Rho-

Romanorum quinquaginta millia caesa, quatuor millia capta, & sub ipsa pugna in utrisque castris non minus decem millia. V. Plut. in Fabio p. 183. Dionysius Halicarnass. Lib. II. A. R. cap. 17. scribit, ex sex millibus equitum reliquos fuisse trecentos, & septuaginta, ex octoginta millibus peditum incolumes evasisse, paullo plures, quam ter mille. Ipse Hannibal apud Livium Lib. XXX. cap. 20. apud Trasimenum, & Cannas centum millia armatorum fuisse caesa dicit. Polybius Lib. VI. cap. 56. memorat, octo millibus militum castra tuentium captis vitam concessisse Hannibalem, eisque potestatem fecisse, legatos, quos vellent Romam mittendi ad suos de pretio redemptionis, & reditu in patriam. Ex consulibus alter Terentius Varro evasisse dicitur a Lactantio Lib. II. de Orig. Erroris cap. 17. qui cum paucis equitibus profugit Venusiam. V. Plut. T. I. in Fabio p. 183. Annulos caesorum, insignia apud Romanos equestris dignitatis dicitur Hannibal modio fuisse mensus a Tertulliano Apologet. cap. 40. de Modiorum numero non convenit inter antiquos. Vide Interpr. ad Florum Lib. II. cap. 6. §. 18. de deplorando Reip. tum temporis statu, vide Livium Lib. XXXIV. cap. 6. Inter alia omnes socii defecerant a Romanis. Soli Petelini fidem Romanis datam ser-

Rhodanum, iterum apud Padum, tertiò apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, ex- 2
haustis jam patriae facultatibus, cupivit in praesentiarum bellum componere, quo valentior postea congrederetur. In colloquium convenit, conditiones non convenerunt. Post id factum paucis diebus 3
apud Zamam cum eodem conflixit: pulsus (incredibile dictu) biduo & duabus noctibus Adrumetum pervenit, quod abest a Zama circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidae, qui simul 4
cum eo ex acie excesserant, insidiati sunt ei: quos non solum effugit, sed etiam ipsos obpressit. Adrumeti reliquos ex fuga

servantes, ultima experti fuere, antequam sese Hannibali dediderant, nec sese dedidissent, si modo quidam e sociis sibi auxilio venissent. Vide Athenaeum Lib. XII. cap. 6. p. 528.

1 *Hic invictus patriam defensum revocatus.*] Plut. vero in Agesilao p. 604. Ἀννίβας ἤδη κακῶς πράττων, καὶ περιωθούμενος ἐκ τῆς Ἰταλίας, μάλα μόλις ὑπήκουσε τοῖς μὲν ἐπὶ τὸν οἴκοι πόλεμον καλοῦσιν. Hannibalem huic Senatus Carthaginiensis mandato aegre paruisse, patet ex ipsius Hannibalis verbis apud Livium Lib. XXX. cap. 20. Revocatus est domum Hannibal, postquam Cornelius Scipio in Africam trajecit, ubi vicit Hannibalem Carthaginiensiumque fastu subpresso, Remp. grandi metu, gravique periculo liberavit. Vide plura apud Plutarchum in Fabio p. 188, 189. Domum revocatus est Hannibal & ante & postbellum finitum. Vide Bosium ad cap. 7. hujus vitae §. 4.

fuga conlegit. Novis delectibus paucis diebus multos contraxit.

CAPUT VII.

1 Quum in adparando acerrime esset occupatus, Karthaginienses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilo secius exercitui postea praefuit, resque in Africa gessit (itemque Mago frater ejus) usque ad P. Sulpicium & C.
2 Aurelium Consules. His enim magistratibus legati Karthaginienses Romam venerunt, qui senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, simulque peterent, ut obsides
3 eorum Fregellis essent, captivique redderentur. His ex Senatus consulto responsum est: munus eorum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cujus opera subceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, & nunc cum imperio apud exercitum haberent, itemque fratrem ejus Ma-
4 gonem. Hoc responso Karthaginienses cognito, Hannibalem domum (Magonemque) revocarunt. Hic, ut rediit, praetor factus est, postquam rex fuerat anno secundo & vigesimo. Ut enim Romae

mae Consules, sic Karthagine quotannis
[1] annui bini reges creabantur. In eo 5
magistratu pari diligentia se Hannibal
praebuit, ac fuerat in bello. Namque
effecit ex novis vectigalibus non solum,
ut esset pecunia, quae Romanis ex foe-
dere penderetur, sed etiam superesset,
quae in aerario poneretur. Deinde, an- 6
no post praeturam, Marco Claudio, Lu-
cio Furio Coss. Romani legati Karthagi-
nem venerunt. Hos Hannibal sui expo-
scendi gratia missos ratus, priusquam his
senatus daretur, navem conscendit clam,
atque in Syriam ad Antiochum profugit.
Hac re palam facta, Poeni naves duas, 7
quae eum comprehenderent, si possent
consequi, miserunt: bona ejus publica-
runt: domum a fundamentis disjecerunt:
ipsum exsulem judicarunt.

Caput VIII.

At Hannibal anno tertio, postquam 1
domo profugerat, L. Cornelio,
Quinto Minucio Coss. cum quinque na-
vibus Africam accessit, in finibus Cyre-
naeorum, si forte Karthaginienses ad bel-
lum,

[1] *Annui bini reges.*] Vide J. Periz. Diss. vi. de Regibus p. 671. & cl. Wess. ad Diod. Sicul. L. xiii. cap. 43.

lum, Antiochi spe fiduciaque inducere posset: cui jam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur. Huc
2 Magonem fratrem excivit. Id ubi Poeni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, poena adfecerunt. Illi, desperatis rebus, quum solvissent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita est. Namque alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum
3 eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus, quam in subcipiendo instituerat, propius Tiberi quam Thermopylis, de summa imperii dimicasset. Quem, etsi multa stulte conari videbat,
4 tamen nulla deseruit in re. Praefuit paucis navibus, quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque adversus Rhodiorum classem in Pamphylio mari conflixit. Quo cum multitudine adversariorum sui superarentur: ipse, quo cornu rem gessit, fuit superior.

CAPUT IX.

1 Antiocho fugato, verens, ne dederetur, quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quo se conferret, con-

consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore periculo, nisi quid providisset, propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat 1 exisse famam. Itaque capit tale consilium. Am- 3
phoras complures complet plumbo: summas operit auro & argento. Has praesentibus principibus deponit in templo Dianae; simulans, se suas fortunas illorum fidei credere. His in errorem inductis, statuas aeneas, quas secum portabat, omnes sua pecunia complet, easque in propatulo domi abjicit. Gortynii tem- 4
plum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid ille, inscientibus his, tolleret, secumque duceret.

CAPUT X.

Sic conservatis suis rebus, Poenus, inlu- 1
sis Cretensibus omnibus, ad Prusiam in Pontum pervenit. Apud quem eodem animo fuit erga Italiam, neque aliud quidquam egit, quam regem armavit, & exercuit adversus Romanos. Quem quum 2
videret domesticis rebus minus esse robustum,

1 *Exisse famam.*] De hac phrasi cl. Burm. ad Val. Flacc. IV. Arg. 170.

ſtum, conciliabat ceteros reges, adjun-
gebatque bellicoſas nationes. Diffidebat
ab eo Pergamenus rex Eumenes, 1 Ro-
manis amiciſſimus; bellumque inter eos
gerebatur, & mari, & terra: quo magis cu-
3 piebat eum Hannibal obprimi. Sed utro-
bique Eumenes plus valebat propter Ro-
manorum ſocietatem: quem ſi removiſ-
ſet, faciliora ſibi cetera fore arbitrabatur.
Ad hunc interficiendum talem iniit ratio-
4 nem. Claſſe paucis diebus erant decretu-
ri. Superabatur navium multitudine. Do-
lo erat pugnandum, quum par non eſſet
armis. Imperavit quam plurimas vene-
natas ſerpentes vivas conligi, easque in
5 vaſa fictilia conjici. Harum quum con-
feciſſet magnam multitudinem, die ipſo,
quo facturus erat navale praelium, claſ-
ſiarios convocat, hisque praecipit, omnes
ut in unam Eumenis regis concurrant na-
vem, a ceteris tantum ſatis habeant ſe
defendere. id facile illos ſerpentium mul-
titudine conſecuturos. Rex autem in qua
nave veheretur, ut ſcirent, ſe facturum:
quem ſi aut cepiſſent, aut interfeciſſent,
magno his pollicetur praemio fore.

1 *Romanis amiciſſimus.*] Proprium fuit Per-
gami regibus Romanorum fidem colere. con-
ſule de hoc Eumene, & aliis Pergami regibus
Strabonem Lib. XIII. p. 925. 926.

CA-

CAPUT XI.

Tali cohortatione militum facta, clas- 1
sis ab utrisque in praelium deducitur. Quarum acie constituta, priusquam signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha cum caduceo mittit: qui ubi ad naves adversariorum 2
pervenit, epistolam ostendens, se regem professus est quaerere. Statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis, eodem, unde ierat, se recepit. At Eumenes, soluta episto- 3
la, nihil in ea repperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret, cujus etsi caussam mirabatur, neque reperiebatur, tamen praelium statim committere non dubitavit. Horum in concursu Bithyni, Hannibalis 4
praecepto, universi navem Eumenis adoriuntur: quorum vim quum rex substinere non posset, fuga salutem petiit: quam consecutus non esset, nisi intra sua praesidia se recepisset, quae in proximo littore erant conlocata. Reliquae Pergamenae 5
naves quum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conjici coepta sunt: quae jacta initio risum pugnanti-

bus concitarunt, nec quare id fieret, po-
6 terat intelligi. Postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti, quum, quid potissimum vitarent, non viderent, puppes averterunt, seque ad sua castra nautica retulerunt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit: neque tum solum, sed saepe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.

CAPUT XII.

1 Quae dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiae Romae apud L. Quintium Flamininum consularem coenarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret,
2 eum in Prusiae regno esse. Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui, Hannibale vivo, numquam se sine insidiis futuros, existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flamininum, qui a rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet, sibique dede-
3 ret. His Prusias negare ausus non est, illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset: ipsi si possent, comprehenderent: 1 locum,

1 *Locum.*] Sc. dicens v. de hac ellipsi Latinis propria cl. Oudendorp. ad J. Caesarem Lib. I. B. G. cap. 17.

cum, ubi esset, facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei ab rege datum erat muneri; idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitum sibi haberet, semper verens, ne usu eveniret, quod accidit. Huc quum legati Romanorum ve- 4
nissent, ac multitudine domum ejus circumdedissent, puer ab janua prospiciens, Hannibali dixit, plures praeter consuetudinem armatos adparere, qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret, ac propere sibi renuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. Puer quum 5
celeriter, quid esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset: sensit, id non fortuito factum; sed se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam: quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, 1 venenum, quod sem-

1 *Venenum* &c.] Inter antiquos non convenit de Hannibalis morte, id quod jam monstratum est a viris doctis. Non possum tamen non addere locum Pausaniae Lib. VIII. cap. 11. p. 623. Ἀννίβᾳ γὰρ χρησμὸς ἀφίκετο παρὰ Ἄμμωνος, ὡς ἀποθανὼν γῆ καλυφθήσεται τῇ Λιβύσσῃ. ὁ μὲν δὴ ἤλπιζεν ἀρχήν τε τὴν Ῥωμαίων καθαιρήσειν, καὶ οἴκαδε ἐς τὴν Λιβύην ἐπανελθὼν τελευτήσειν γήρᾳ τὸν βίον, Φλαμινίου δὲ τοῦ Ῥωμαίου ποιουμένου σπουδὴν ἑλεῖν ζῶντα αὐτὸν, ἀφικόμενος παρὰ Προυσίαν ἱκέτης, καὶ ἀπωσθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἀνεπήδησε ἐπὶ τὸν ἵππον.

ſemper ſecum habere conſueverat, ſumſit. Sic vir fortiſſimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno adquievit ſeptuageſimo.

ἵππον, καὶ γυμνωθέντος τοῦ ξίφους, τιτρώσκεται τὸν δάκτυλον, προσελθόντι δὲ οἱ στάδια οὐ πολλά, πυρετός τε ἀπὸ τοῦ θραυματός καὶ ἡ τελευτὴ τριταίῳ συνέβη. τόδε χωρίον, ἔνθα ἀπέθανε, καλοῦσιν οἱ Νικομηδεῖς Λίβυσσαν. De qua Libyſſa Bithyniae caſtello maritimo cl. J. Arntzen. ad S. A. Victor. de Viris Illuſtr. cap. 42. Cauſſa hujus diſſidii de morte fuit haec, quia plures fuere Hannibales, quod patet e Diod. Siculo Lib. XIII. cap. 43. qui ſine dubio tam adcurate ideo deſcribit Hannibalem Giſconis filium hiſce verbis κατέστησαν στρατηγὸν τὸν Ἀννίβαν, κατὰ νόμους τότε βασιλεύοντα. οὗτος δὲ ἦν υἱωνὸς μὲν τοῦ πρὸς Γέλωνα πολεμήσαντος Ἀμίλκου, καὶ πρὸς Ἱμέρᾳ τελευτήσαντος. υἱὸς δὲ Γέσκωνος, ὃς διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἧτταν ἐφυγαδεύθη, καὶ κατεβίωσεν ἐν τῇ Σελινοῦντι. De cujus morte agit cap. 86. Sic de morte Pruſiae diſcordant docti, quia duo fuere Reges Bithyniae, qui Pruſiae vocabantur. Vide H. Valeſium ad Excerpta Polybii 1741, 18. Imo de alterius morte varia eſt hiſtoria; nam Pruſias κυνηγὸς a filio Nicomede dicitur eſſe occiſus a Diodoro Siculo Ecl. XXXII, 4. & aliis, jam a Valeſio citatis. ſed Strabo Lib. XIII. p. 926. narrat, hunc Pruſiam eſſe occiſum ab Attalo patruo, & tutore regis Pergamenorum Attali, Philometoris dicti, qui Regni Pergameni tutor huic Pruſiae ſubſtituit filium Nicomedem.

CA-

CAPUT XIII.


Quibus consulibus interierit, non con- 1
venit. Nam Atticus, Marco Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coss. mortuum in annali suo, scriptum reliquit. At Polybius, L. Aemilio Paullo, & Cn. Baebio Tamphilo: Sulpitius autem, P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo. Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus, 1 nonnihil temporis tribuit litteris. Namque aliquot ejus libri sunt, Graeco sermone confecti. in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis. Hujus bella gesta multi me- 2
moriae prodiderunt; sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt, simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, 2 Silenus, & Sosilus Lacedaemonius. Atque hoc Sosilo Hannibal litterarum Graecarum usus est doctore. Sed nunc tempus 3
est

1 *Nonnihil tribuit litteris.*] Ad dicendum tamen non idoneus fuit. V. Plut. T. II. Praec. Polit. p. 812.

2 *Silenus.*] Ita legendum. Cicero Lib. I. de *Divinat. cap.* 24. *Hoc idem in Sileni, quem Coelius sequitur, Graeca historia est, is autem diligentissime res Hannibalis persecutus est.*

est hujus libri facere finem, & Romanorum explicare imperatores: quo facilius conlatis utrorumque factis, qui viri praeferendi sint, possit judicari.

XXIV.



Apud Fulvium Urſinum in Gemma

XXIV.

M. PORCIUS CATO.

EX LIBRO POSTERIORE CORNELII NEPOTIS.

Caput I.

CATO ortus municipio Tuſcu- 1
lo, adoleſcentulus, priusquam honoribus operam daret, verſatus eſt in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in conſulatu

 cen-

censuraque habuit conlegam, ut M. Perperna Censorius narrare solitus est, Romam demigravit, in foro [que] esse
2 coepit. Primum stipendium meruit annorum decem septemque, Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss. Tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera existimata est in praelio apud Senam, quo cecidit
3 Hasdrubal frater Hannibalis. Quaestor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, consuli: cum quo non pro sortis necessitudine vixit. Namque ab eo perpetua dissensit vita. Aedilis plebis factus est cum 1 C. Helvio. Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quaestor superiore tempore ex Africa decedens, 2 Q. Ennium poëtam deduxerat: quod non minoris existimamus, quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

1 *C. Helvio.*] Magius non est audiendus, qui legit, *C. Aelio.* neque etiam Bosius, qui dicit, *Helvius* esse cognomen gentis *Ebutiae*, gentem *Helviam* & cognomen gentis Acbutiae *Helva* vel *Elva* confundens. Haec debeo diligentiae Drakenburgii ad Livium L. XXXII. cap. 7.

2 *Q. Ennium poëtam.*] Vide Hier. Columnam in Vita Ennii p. 3.

CA.

Caput II.

1 Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem, exque ea triumphum deportavit. Ibi quum diutius moraretur, 2
P. Scipio Africanus consul iterum, cujus in priore consulatu quaestor fuerat, voluit eum de provincia depellere, & ipse ei subcedere. neque hoc per senatum efficere potuit, quum quidem Scipio in civitate principatum obtineret: quod tum non potentia, sed jure 1 respubl. administrabatur. Qua ex re iratus, senatu peracto, privatus in urbe mansit. At Cato, censor cum eodem Flacco factus, 2 severe praefuit ei potestati. Nam & in 3
complures nobiles animadvertit, & multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, 3 quae jam tum in- 4
cipie-

1 *Respublica.*] Cicero L. I. de Off. cap. 11. dixit sua aetate Remp. esse nullam. Vide Bosium ad h. l.

2 *Severe praefuit ei potestati.*] Senatu movit eum, qui praesente filia osculatus erat uxorem. Vide Plut. Praec. Conjug. T. II. p. 139. Plura de eo in Apophth. p. 198, 199. Cur statuam sibi poni noluerit. V. in Praec. Polit. p. 820.

3 *Pullulare.*] Graecorum imitatione. Sic Xenophon Lib. V. H. Gr. p. 433. πρᾶγμα φυόμενον ἐν τῇ Ἑλλάδι dixit.

cipiebat pullulare. Circiter annos octoginta usque ad extremam aetatem, ab adolescentia, 1 reip. caussa subcipere inimicitias non destitit. A multis tentatus, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed quoad vixit, virtutum laude crevit.

CAPUT III.

1 In omnibus rebus singulari fuit prudentia & industria. Nam & 2 agricola solers, & reipubl. peritus, & jurisconsultus, & magnus imperator & probabilis orator, & cupidissimus litterarum fuit.
2 Quarum studium etsi senior adripuerat, tamen tantum [in eis] progressum fecit, ut non facile reperire possis, neque de Graecis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia
3 3 confecit orationes. Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem.

1 *Reip. caussa.*] Vide omnino Plut. Praec. Polit. p. 809.

2 *Agricola solers.*] Haec laus olim propria regum erat. Sic Cicero pro Rege Dejotaro cap. 9. *Tetrarcha nobilis: optimus pater familias: diligentissimus agricola, & pecuarius.*

3 *Confecit orationes.*] Hoc proprium est adolescentis v. de Themistocle Plut. p. 112. de J. Caesare Sueton. cap. 4. & Manut. ad Ciceron. VIII. ad Fam. Ep. 6.

ptem. Primus continet 1 res gestas regum pop. Rom. Secundus & tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica. Ob quam rem omnes *Origines* videtur appellasse. In quarto autem bellum Poenicum primum: in quinto secundum. Atque 4
haec omnia capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella pari modo persecutus est, usque ad praeturam Ser. Galbae, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit, quae in Italia, Hispaniisque viderentur admiranda. In quibus multa industria & diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de 5
vita & moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.

1 *Res gestas Regum populi Romani.*] Fortasse *Regum, populique Romani.* Dionysius Halicarn. qui hos Catonis libros diligenter pervolvit, (vide eum Lib. 1. A. R. cap. 7, & 11.) cap. 74. refert, Catonem hoc suum opus incepisse ab Urbe condita, ideoque sine dubio & Regum; & populi Rom. res gestas memoraverit: ubi multa de adcurata Catonis diligentia narrantur.

XXV.

VITA T. POMPONII ATTICI,

EX CORNELIO NEPOTE.

CAPUT I.

1 [1] T. POMPONIUS ATTICUS, ab origine ultima ſtirpis Romanae generatus, perpetuo a majoribus acceptam eque-
2 ſtrem obtinuit dignitatem. Patre uſus eſt diligente, indulgente, & ut tum erant tempora, diti, in primisque ſtudioſo litterarum. Hic, prout ipſe amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas
3 impertiri debet, filium erudivit. Erat autem in puero, praeter docilitatem ingenii, ſumma ſuavitas oris ac vocis, ut non ſolum [2] celeriter acciperet, quae tradebantur, ſed

1 *T. P. Atticus.*] Hujus vitae genuinum ſcriptorem eſſe Nepotem, dicit G. J. Voſſius IV. de L. Hiſt. Gr. p. 429.

2 *Celeriter acciperet.*] Si mavis *arriperet*, non re-

sed etiam excellenter pronuntiaret. Quae ex re in pueritia nobilis inter aequales ferebatur, clariusque exsplendescebat, quam generosi condiscipuli animo aequo ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, 1 C. Marius filius, M. Cicero: quos consuetudine sua sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior. 4

Caput II.

Pater mature decessit. ipse adolescentulus propter adfinitatem P. Sulpicii, qui Tribunus pleb. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia Pomponii consobrina nupserat M. Servio, fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto P. Sulpicio, posteaquam vidit, Cinnano tu- 1 2

refragabor. De verbo *arripere celeriter* pro memoriae tradere aviditate discendi, inbibere, discere, vide Passerat. ad Ciceronem pro Roscio Comaedo cap. 11. & Graev. ad Orat. pro L. Murena cap. 30. *Rapere* cum compositis adhibetur, quando agitur de ingenti cupiditate & celeritate, hinc τὸ *praeripere* praefert τῷ *praecipere* cl. Oudendorp. ad C. J. Caesarem Lib. III. de B. Civ. cap. 1.

1 *C. Marius filius.*] Haec lectio non est sollicitanda. Sic *Q. Fabium filium* dixit Livius Lib. XXVII. cap. 29. & *C. Curio pater* Suet. in Caesare cap. 9. & ita plures alii loquuntur.

tumultu civitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem obsenderet, dissociatis animis civium, quum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus: idoneum tempus ratus, studiis obsequendi suis, Athenas se contulit. neque eo secius adolescentem Marium, hostem judicatum,
1 juvit opibus suis: cujus fugam pecunia
3 sublevavit. At ne illa peregrinatio detrimentum aliquod adferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus merito esset carissimus.
4 Nam, praeter gratiam, quae jam in adolescentulo magna erat, saepius suis opibus inopiam eorum publicam levavit. Quum enim versuram facere publice necesse esset, neque ejus conditionem aequam haberent: semper se interposuit, atque ita, ut neque usuram umquam ab iis acceperit, neque longius, quam di-
5 ctum esset, eos debere passus sit. Quod utrumque erat iis salutare. Nam neque indulgendo inveterascere eorum aes alienum

1 *Juvit opibus suis.*] Nihil muta. Sic Livius Lib. XLIV. cap. 22. *in Macedoniam mecum veniat, nave, equo, tabernaculo, viatico etiam a me juvabitur.* Curtius Lib. VII. cap. 3. §. 1. *Exercitum, adfectum rectis, & commeatibus juverant.* & sic alii.

num patiebatur, neque multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium alia 6
quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit, ita ut singulis septem modii tritici darentur: qui modus mensurae, medimnus Athenis appellatur.

CAPUT III.

Hic autem sic se gerebat, ut commu- 1
nis infimis, 1 par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice haberent, civemque facere studerent. quo beneficio ille uti noluit. Quod nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Romanam, alia adscita. Quamdiu adfuit, ne qua sibi 2
statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, & Phidiae, locis sanctissimis posuerunt. Hunc enim in omni procuratione reipub. 2 auctorem actoremque habebant. Igitur 3
primum illud munus fortunae, quod in ea

1 *Par principibus.*] Cicero pro Lege Manilia cap. 14. *Jam vero ita faciles aditus ad eum privatorum —— ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse, videretur.*

2 *Actorem, auctoremque.*] Lege *auctorem, actoremque.* (V. Drack. ad Livium L. I. cap. 41.) i. e. inceptorem & perfectorem.

ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, 1 ut eamdem & patriam haberet & domum. Hoc specimen prudentiae, quod quum in eam civitatem se contulisset, quae antiquitate, humanitate, doctrina praestaret omnes, unus ei ante alios fuerit carissimus.

CAPUT IV.

1 Huc ex Asia Sulla decedens quum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis & humanitate, & doctrina. Sic enim Graece loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem suavitas erat sermonis Latini, ut adpareret, in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum. Idem poëmata pronuntiabat, & graece, & latine, sic, ut supra nihil pos-
2 set addi. Quibus rebus factum est, ut Sulla nusquam [eum] ab se dimitteret, cuperetque secum deducere. cui quum persuadere tentaret, noli, oro te, inquit Pomponius, adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem,

1 *Ut eamdem patriam haberet & domum.*] Legit Gronovius ad Livium Lib. XXXIX. cap. 36. *eamdem & patriam habuit & domum.* Optime.

rem, Italiam reliqui. At Sulla adoleſcentis officio conlaudato, omnia munera ei, quae Athenis acceperat, proficiſcens juſſit deferri. Hic complures annos moratus, 3
quum & rei familiari tantum operae daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora, aut litteris, aut Athenienſium reipub. tribueret, nihilominus amicis urbana officia praeſtitit. Nam & ad comitia eorum 4
ventitavit, & ſi qua res major acta eſt, non defuit. ſicut Ciceroni in omnibus (ejus) periculis ſingularem fidem praebuit: cui ex patria fugienti LLS. ducenta & quinquaginta millia donavit. Tran- 5
quillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta & L. Torquato Coſſ. quem diem ſic univerſa civitas Athenienſium proſecuta eſt, ut lacrimis deſiderii futuri dolorem indicaret.

Caput V.

Habebat avunculum Q. Caecilium, 1
equitem Rom. familiarem L. Luculli, divitem, difficillima natura. cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut, quem nemo ferre poſſet, hujus ſine obſenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit benevolentiam. quo facto, tulit pietatis fructum. Caecilius enim moriens, teſtamento ad 2
opta-

optavit eum, heredemque fecit 1 ex dodrante. ex qua hereditate accepit circiter
3 centies LLS. Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni: easque nuptias M. Cicero conciliarat; cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime, multo etiam familiarius, quam cum Quinto: ut judicari possit, plus in amicitia valere simili-
4 tudinem morum, quam adfinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortensio, qui iis temporibus principatum eloquentiae tenebat: ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero an Hortensius: & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut, inter quos tantae laudis esset aemulatio, nulla intercederet obtrectatio, essetque talium virorum copula.

CAPUT VI.

1 In repub. ita versatus est, ut semper optimarum partium & esset, & existimaretur, neque tamen se civilibus fluctibus

1 *Ex dodrante.*] Val. Maximus L. VII. cap. 8. E. 5. dicit a Q. Caecilio P. Atticum testamento adoptatum, & omnium bonorum scriptum fuisse haeredem. Id quod & Schottus vidit. Adoptionem autem sequebatur haereditas nominis, pecuniae, & sacrorum. Vide, quos laudat Masson in Vita C. Plinii Sec. junioris p. 14, 15.

bus committeret, quod non magis eos in
sua potestate existimabat esse, qui se iis
dedissent, quam qui maritimis jactaren-
tur. Honores non petiit, quum ei pate- 2
rent, propter vel gratiam vel dignitatem:
quod neque peti more majorum, neque
capi possent conservatis legibus, in tam
effusis ambitus 1 largitionibus, neque ge-
ri e republ. sine periculo, conruptis civi-
tatis moribus. Ad hastam publicam num- 3
quam adcessit. Nullius rei neque praes,
neque manceps factus est. Neminem
(neque) suo nomine, neque subscribens,
adcusavit. In jus de sua re numquam iit:
judicium nullum habuit. Multorum con- 4
sulum

1 *Largitionibus*] Respicit auctor iterum sua, sive potius J. Caesaris tempora, quibus hae largitiones, quae sensim Romam inrepserant, Remp. in dominatum converterunt, & populi R. libertati interitum adtulerunt. Vide Plut. in M. Coriolano T. 1. p. 220. & Casaub. ad Sueton. in Caes. cap. 19. Haec tempora saepius perstringit Noster. Sic in Agesilao cap. 4. ubi vide Interpr. & ad Caton. cap. 2. tempora, quibus Roma, bellis civilibus lacerata, atque intestino malo pressa, rursus ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram infantiam revoluta, ut ait Lactantius Firm. Lib. VII. de Vita Beata cap. 15. p. 942. qui Lib. I. de falsa relig. cap. 15 pag. 101. J. Caesarem patriae parrhicidam vocavit, & Lib. VI. cap. 6. p. 729. de vero cultu dixit, Pompejum victum cum ipsa libertate occidisse.

ſulum praetorumque praefecturas delatas
ſic adcepit, ut neminem in provinciam ſit
ſecutus: honore fuerit contentus, rei ſa-
miliaris deſpexerit fructum. Qui ne cum
Q. quidem Cicerone voluerit ire in Aſiam,
quum apud eum legati locum obtinere
poſſet. Non enim decere ſe arbitrabatur,
quum praeturam gerere noluiſſet, adſeclam
5 eſſe praetoris. Qua in re non ſolum di-
gnitati ſerviebat, ſed etiam tranquillitati,
quum ſubſpiciones quoque vitaret crimi-
num. Quo fiebat, ut ejus obſervantia
omnibus eſſet carior, quum eam officio,
non timori, neque ſpei, tribui viderent.

CAPUT VII.

1 Incidit Caeſarianum civile bellum, quum
haberet annos circiter ſexaginta. Uſus
eſt aetatis vacatione, neque (ſe) quo-
quam movit ex urbe. Quae amicis ſuis
opus fuerant, ad Pompejum proficiſcenti-
bus, omnia ex ſua re familiari dedit.
2 Ipſum Pompejum conjunctum non obſen-
dit. Nullum enim ab eo habebat orna-
mentum, ut ceteri, qui per eum, aut ho-
nores, aut divitias ceperant: quorum
partim invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti, par-
tim ſumma cum ejus obſenſione domi re-
3 manſerunt. Attici autem quies tantopere
Caeſari fuit grata, ut victor, quum pri-
vatis

vatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis filium, & Q. Ciceronem ex Pompeji castris concesserit. Sic vetere instituto vitae ecfugit nova pericula.

CAPUT VIII.

Secutum est illud, occiso Caesare, quum respubl. 1 penes Brutos videretur esse, & Cassium, ac 2 tota civitas se ad eos I

1 *Penes Brutos videretur esse, & Cassium*] Ita Legendum. Res notissima est vel e Cicerone Philipp. Secunda cap. 11. *Brutos ego impellerem, quorum uterque L. Bruti imaginem quotidie videret, alter etiam Ahalae*, deinde *C. Cassius in ea familia natus, quae non modo dominatum, sed ne potentiam quidem cujusquam ferre potuit.* (De Ahala V. Plut. in Bruto p. 984. & de Cassio p. 987.) Hi fuere principes conjurationis V. Suet. in Caesare cap. 80.

2 *Tota civitas se ad eos convertisset.*] Post Caesaris necem non tota civitas sese ad eos convertit. Paucissimi, in spem libertatis vocati, eos sunt secuti, imo Brutus & Cassius paucos dies, postquam Julii corpus in foro crematum esset, metuentes, ne a plebe, uti Cinna poëta quidam, (quem tribunum plebis vocat Appianus L. II. B. Civ. p. 847.) per errorem nominis alterius Cinnae, qui J. Caesarem conviciis proscinderat, (V. Appian. L. II. de B. Civ. p. 821. & 825.) lacera-

2 eos convertisset. Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens aequali familiarius, quam hoc sene: neque solum eum principem consilii haberet, sed etiam in
3 convictu. Excogitatum est a quibusdam, ut privatum aerarium Caesaris Interfectoribus ab equitibus Rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque adpellatus est a C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut ejus rei prin-
4 ceps esse vellet. At ille, qui officia amicis praestanda sine factione existimaret, semperque a talibus se consiliis removisset, respondit: si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum, quantum eae paterentur: sed neque cum quoquam de ea re conlocuturum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus, hujus unius dissen-

cerarentur, Roma excesserunt. V. Plut. in Caesare p. 739, 740. Senatus percussoribus quidem favit tacite, sed plebis & Caesaris veteranorum animi in eos nimis eaxcerbati erant. Vide haec, & plura apud Eumdem Plut. in Bruto. p. 993. & seqq. & Appianum Lib. II. de B. Civil. p. 817. ad p. 848. Omnes mei Codices exhibent *ad eum* non *ad eos*, sed haec lectio nihili est facienda, nisi de Bruto solo injiceretur mentio, cujus desiderio flagravit populus, aegre ferens, quod Antonius tyrannidem jam propemodum occupasset. V. Plut. l. l.

dissensione disjectus est. Neque multo 5
post superior esse coepit Antonius: ita ut Brutus & Cassius provinciarum, quae iis necis caussa datae erant a consulibus, desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto, Italiaque cedenti LLS. centum millia muneri misit. eidem in Epiro absens trecenta jussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.

CAPUT IX.

Secutum est bellum gestum apud Muti- 1
nam. In quo si tantum eum prudentem dicam, minus, quam debeam, praedicem, quum ille potius divinus fuerit: si divinatio adpellanda est perpetua naturalis bonitas, quae nullis casibus neque agitur, neque minuitur. Hostis An- 2
tonius judicatus Italia cesserat; spes restituendi nulla erat. Non solum ejus inimici, qui tum erant potentissimi, & plurimi; sed etiam, qui adversariis ejus se dabant, & in eo laedendo se aliquam consecuturos sperabant commendationem, Antonii familiares insequebantur; uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant; liberos etiam exstinguere parabant.

3 bant. Atticus quum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto: non modo nihil iis indulsit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugientes, quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt,
4 adjuvit. P. vero Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fulviae, quum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum praestitit, ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum
5 fuerit. Quin etiam, quum illa fundum (secunda fortuna) emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset: ille se interposuit, pecuniamque sine foenore, sineque ulla stipulatione ei credidit: maximum existimans quaestum, memorem, gratumque cognosci; simulque aperire, se non fortunae, sed homini-
6 bus solere esse amicum. Quae quum faciebat, nemo, eum temporis caussa facere, poterat existimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum poti-
7 turum. Sed sensim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odisse malos cives videretur.

CA-

Caput X.

Ille autem sui judicii, potius quid se 1 facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. Conversa su 2 bito fortuna est. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno [in] periculo Atticum [futurum] putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis, & Bruti. Itaque ad adventum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem. latebatque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus paullo ante, opem tulerat; (tanta varietas iis temporibus fuit fortunae, ut modo hi, modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo:) habebatque secum Q. Gellium Canum, aequalem, simillimumque sui. Hoc quoque 3 sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam aetatem amicitia eorum creverit. Anto- 4 nius autem etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed omnibus etiam ejus amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere: multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, & ei, quum requisisset, ubinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum, & illius caussa [Gellium]

Canum de proscriptorum numero exe-
misse. Ac, ne quod [in] periculum in-
cideret, quod noctu fiebat, praesidium
5 ei misit. Sic Atticus in summo timore
non solum sibi, sed etiam ei, quem ca-
rissimum habebat, praesidio fuit. Neque
enim suae solum a quoquam auxilium
petiit salutis, sed conjunctim: ut adpare-
ret, nullam sejunctam sibi ab eo velle
6 [esse] fortunam. Quod si gubernator
praecipua laude fertur, qui navem ex hie-
me, marique scopuloso servat: cur non
singularis ejus existimetur prudentia, qui
ex tot, tamque gravibus procellis civili-
bus ad incolumitatem pervenit?

CAPUT XI.

1 Quibus ex malis ut se emerserat,
nihil aliud egit, quam ut pluri-
mis, quibus rebus posset, es-
set auxilio. Quum proscriptos prae-
miis imperatorum vulgus conquireret, ne-
mo in Epirum venit, cui res ulla defue-
rit. nemini non ibi perpetuo manendi po-
2 testas facta est. Qui etiam post praelium
Philippense, interitumque C. Cassii & M.
Bruti, L. Julium Mocillam praeto-
rium, & ejus filium, Aulumque Torqua-
tum, ceterosque pari fortuna perculsos,
instituerit tueri: atque ex Epiro his

omnia Samothraciam subportari jusserit. Difficile [enim] est omnia persequi, & non necessaria. Illud unum intelligi volumus: illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidam fuisse. Id ex 3
4
ipsis rebus ac temporibus judicari potest: quod non florentibus se venditavit, sed adflictis semper subcurrit. qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem ejus, quam florente, coluerit. Sic liberalitate utens, nul 5
las inimicitias gessit: quod neque laedebat quemquam, neque, si quam injuriam adceperat, non malebat ulcisci, quam oblivisci. Idem inmortali memoria praecepta retinebat beneficia: quae autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui adceperat. Itaque hic fe- 6
cit, ut vere dictum videatur: Sui cuique mores fingunt fortunam. Neque tamen prius ille fortunam, quam se ipse, finxit: qui cavit, ne qua in re jure plecteretur.

Caput XII.

1 His igitur rebus ecfecit, ut M. Vipsanius Agrippa, intima familiaritate conjunctus adolescenti Caesari, quum propter suam gratiam, & Caesaris potentiam, nullius conditionis non haberet potesta-

testatem, potissimum ejus deligeret adfinitatem, praeoptaretque equitis Romani
2 filiam generosarum nuptiis. atque harum nuptiarum conciliator fuit (non est
enim celandum) M. Antonius triumvir
reipubl. constituendae: cujus gratia quum
augere possessiones posset suas., tantum
1 afuit a cupiditate pecuniae, ut nulla in
re usus sit ea, nisi in deprecandis amico-
3 rum aut periculis, aut incommodis. Quod
quidem sub ipsa proscriptione perillustre
fuit. Nam quum L. Saufeji equitis Romani, aequalis sui, qui cum eo complures annos, studio ductus philosophiae, habitabat, habebatque in Italia pretiosas possessiones, triumviri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur: Attici labore atque industria factum, ut
eodem nuntio Saufejus fieret certior, se
4 patrimonium amisisse & recuperasse. Idem L. Julium Calidum, quem post Lucretii Catullique mortem multo elegantissimum poëtam nostram tulisse aetatem, vere videor posse contendere, neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum, propter magnas ejus Africanas possessiones, in proscriptorum numerum a P. Vo-

1 *Abfuit.*] Duo Codices *afuit.* Ita lege. V. Oud. ad J. Caesar. Lib. 1. B. G. cap. 36.

Volumnio, praefecto fabrum Antonii, absentem relatum, expedivit. Quod in 5
praesenti utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare: quod in eorum periculis, non secus absentes, quam praesentes, amicos Attico esse curae cognitum est. Neque vero minus ille vir, bonus paterfamilias habitus est, quam civis.

Caput XIII.

Nam quum esset pecuniosus, nemo 1
illo minus fuit emax, minus 1 aedificator. Neque tamen non in primis bene habitavit, omnibusque optimis rebus usus est. Nam domum habuit in 2
colle Quirinali Tamphilanam, ab avunculo hereditate relictam: cujus amoenitas non aedificio, sed silva constabat. Ipsum enim tectum antiquitus constitutum, plus salis, quam sumptus habebat: in quo nihil commutavit, nisi si quid vetustate coactus est. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima: si forma, vix 3
mediocri. namque in ea erant 2 pueri litte-

1 *Aedificator.*] Juretus legi vult *aedificax*, reprehensus a Scioppio ad Symmachum. V. Burm. ad Ovid. II. Amor. VI. 23.

2 *Pueri literatissimi.*] Qui literarum elemen-

litteratissimi, anagnostae optimi, & plurimi librarii, ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset.
4 Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, adprime boni. neque tamen horum quemquam, nisi domi natum, domique factum habuit: quod est signum non solum continentiae, sed etiam diligentiae. Nam & non intemperanter concupiscere, quod a plurimis videas, continentis debet duci: & [potius] diligentia, quam pretio, parare, non mediocris est
5 industriae. 1 Elegans, non magnificus; splen-

ta probe norant. vel qui acute scienterque poterant dicere, aut scribere. Vide ipsum Nepotem Fragm. VI. 5. & Cl. Burm. ad Petron. cap. 10. Ideo eos conjungit cum anagnostis optimis, id est, lectoribus optimis, qui optime super coenam Veterum res gestas recitare poterant. Ad haec Literati adpellabantur poetarum interpretes, ut idem Nepos ait. Sed eos vix credo h. l. intelligi, quamvis sciam, Romanos proceres in familia sua fovisse Studiorum caussa Graecos Rhetoras, Grammaticos, Medicos, Philosophos, & poetas, qui *Graeci comites*, & *Graecorum cohors* vocabantur, qui dominos iter facientes comitabantur. v. Graev. ad Ciceron. pro Milone cap. 10.

1 *Elegans.*] Est etiam is, qui omnia adhibito judicio facit. V. Graev. ad Ciceron. L. II. de Offic. cap. 15. quae vocis significatio in nostrum

ſplendidus, non ſumptuoſus; omni diligentia munditiem non adfluentem adfectabat. ſuppellex modica, 1 non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet. Nec hoc 6
praeteribo, quamquam nonnullis leve viſum iri putem. quum inprimis lautus esſet eques Rom. & non parum liberaliter domum ſuam omnium ordinum homines invitaret, ſcimus non amplius, quam terna millia aeris, peraeque in ſingulos menſes, ex ephemeride eum expenſum ſumptui ferre ſolitum. Atque hoc non audi- 7
tum, ſed cognitum praedicamus. Saepe enim, propter familiaritatem, domeſticis rebus interſuimus.

Caput XIV.

Nemo in convivio ejus aliud acroama 1
audivit, quam anagnoſten: quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur. Neque umquam ſine aliqua lectione apud eum coenatum eſt: ut non minus animo, quam ventre, convivae delectarentur. Namque

noſtrum Atticum non male h. l. convenit. *magnificus* vero, qui ſine judicio, & ſupra modum luxui indulget. Cicero L. IV. in Verrem cap. 27. *Exornat ample, magnificeque triclinium.* Curt. VIII, 9, 23. *Luxuria regum, quam ipſi magnificentiam appellant.*

1 *Non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet.*] Vide Drak. ad Livium IV, 13.

2 que eos vocabat, quorum mores a suis non abhorrerent. Quum tanta 1 pecuniae facta esset adcessio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitae consuetudine: tantaque usus est moderatione, ut neque 2 in sestertio vicies, quod a patre adceperat, parum se splendide gesserit: neque in sestertio centies adfluentius vi-
3 xerit, quam instituerat, parique fastigio steterit in utraque fortuna. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumptuosam villam, neque in Italia, praeter Ardeatinum & Nomentanum, rusticum praedium: omnisque ejus pecuniae reditus constabat in Epiroticis & urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum usum pecuniae non magnitudine, sed ratione metiri solitum.

CAPUT XV.

1 Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine faci-

1 *Pecuniae accessio.*] Propria locutio. Terent. Hecyr. A. III. sc. 5. vs. 56. *Quia paullulum vobis accessit pecuniae, sublati animi sunt.* Justinus L. VI. cap. I. *Non contenti, accessione Atheniensium opum vires sibi duplicatas.*

2 *In sestertio vicies,*] *Vivere in sestertio vicies, centies* &c. inlustravit J. Fr. Gronovius Lib. I. de Pec. Vet. c. I. p. 2. Jam citatus a Graevio ad Ciceron. L. V. ad Fam. Ep. 21. in f.

facilitate: ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religiose promittebat: quod non liberalis, sed levis, arbitrabatur, polliceri, quod praestare non posset. Idem in nitendo quod semel ad- 2
nuisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Numquam subcepti negotii eum pertaesum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius. Quo 3
fiebat, ut omnia Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortensii, Auli Torquati, multorum praeterea equitum Rom. negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia, sed judicio fugisse reipubl. procurationem.

Caput XVI.

Humanitatis vero nullum adferre ma- 1
jus testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Sullae fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto: cum aequalibus autem suis, Q. Hortensio & M. Cicerone, sic vixerit, ut judicari difficile sit, cui aetati fuerit aptissimus. Quamquam eum praecipue dilexit 2
Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt indicio, praeter eos libros, in quibus de eo

eo facit mentionem, qui in vulgus [jam] sunt editi, sexdecim volumina epistolarum, ab consulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quae qui legat, non multum desideret historiam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, mutationibus reipubl. perscripta sunt, ut nihil in iis non adpareat, & facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quae vivo se acciderunt, futura praedixit: sed etiam, quae nunc usu veniunt, cecinit, ut vates.

CAPUT XVII.

1 De pietate autem Attici quid plura commemorem? quum hoc ipsum vere gloriantem audierim in funere matris suae, quam extulit annorum nonaginta, quum esset septem & sexaginta, se numquam cum matre in gratiam rediisse, numquam cum sorore fuisse in simultate,
2 quam prope aequalem habebat. Quod est signum, aut nullam umquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, ut, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit natura solum, quamquam omnes ei paremus; sed etiam doctrina. nam

nam & principum philosophorum ita per-
cepta habuit praecepta, ut iis ad vitam
agendam, non ad ostentationem, utere-
tur.

Caput XVIII.

Moris etiam majorum summus imi 1
tator fuit, antiquitatisque amator:
quam adeo diligenter habuit cognitam,
ut eam totam in eo volumine exposuerit,
quo magistratus ornavit. Nulla enim lex,
neque pax, neque bellum, neque res in-
lustris est populi Romani, quae non in
eo suo tempore sit notata: &, quod dif-
ficillimum fuit, sic familiarum originem
subtexuit, ut ex eo clarorum virorum
propagines possimus cognoscere. Fecit 3
hoc idem separatim in aliis libris: ut M.
Bruti rogatu Juniam familiam a stirpe ad
hanc aetatem, ordine enumeravit, no-
tans, qui, a quo ortus, quos honores,
quibusque temporibus cepisset: pari mo 4
do Marcelli Claudii, Marcellorum; Sci-
pionis Cornelii, & Fabii Maximi, Fa-
biorum, & Aemiliorum quoque: quibus
libris nihil potest esse dulcius iis, qui ali-
quam cupiditatem habent notitiae clarorum
virorum. Attigit quoque poëticen: cre- 5
dimus, ne ejus expers esset suavitatis.
Namque versibus, qui honore, rerum-
que

que gestarum amplitudine ceteros Roma-
6 ni populi praestiterunt, exposuit: ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisque versibus descripserit. quod vix credendum sit, tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam liber Graece confectus, de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico vivo edita haec a nobis sunt.

CAPUT XIX.

1 Nunc quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: &, quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuique mores
2 plerumque conciliare fortunam. Namque hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris divi [Julii] filii: quum jam ante familiaritatem ejus esset consecutus nulla alia re, quam elegantia vitae, qua ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. Tanta enim prosperitas Caesarem eum est consecuta, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit; & conciliarit, quod nemo adhuc
3 civis Romanus quivit consequi. Nata autem est Attico neptis ex Agrippa, cui virginem

ginem filiam conlocarat. Hanc Caesar, vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni, Drusilla nato, privigno suo, despondit: quae conjunctio necessitudinem eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem.

Caput XX.

Quamvis ante haec sponsalia non solum, quum ab urbe abesset, numquam ad suorum quemquam literas misit, quin Attico mitteret, quid ageret, inprimis quid legeret, quibusque in locis, & quamdiu esset moraturus: 1
sed etiam quum esset in urbe, & propter suas infinitas occupationes minus saepe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies tamen temere intercessit, quo non ad eum scriberet: quum modo aliquid de antiquitate ab eo requireret: modo aliquam ei 1 quaestionem poëticam proponeret: interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolas. 2
Ex quo accidit, quum aedes Jovis Feretrii, in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu, Caesar eam reficien- 3

1 *Quaestionem poëticam*] Quales illae quaestiones poëticae fuerint, docet Wouwerius de Polymathia cap. X. §. 12, 19, 20.

4 ficiendam curaret. Neque vero ab M. Antonio minus abſens litteris colebatur: adeo, ut adcurate ille ex ultimis terris, quid ageret, 1 quid curae ſibi haberet,
5 certiorem faceret Atticum. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quantae ſit ſapientiae, eorum retinere uſum benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non ſolum aemulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit incidere neceſſe inter Caeſarem atque Antonium, quum ſe uterque 2 principem non ſolum urbis Romanae, ſed orbis terrarum eſſe cuperet.

CAPUT XXI.

1 Tali modo quum ſeptem & ſeptuaginta annos compleſſet, atque ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque, creviſſet: (multas enim hereditates, nulla alia re, quam bonitate eſt conſecutus:) tantaque proſperitate uſus eſſet valetudinis, ut annos tri-
2 ginta medicina non indiguiſſet: nactus eſt mor-

1 *Quid curae ſibi haberet*] V. Withof in Specim. Gunther. cap. 3.

2 *Principem*] *Principis nomine cuncta diſcordiis civilibus feſſa ſub imperium accepit Auguſtus* Tacit. L. 1. Ann. c. 1. ubi Lipſ.

morbum, quem initio & ipſe & medici contempſerunt. nam putarunt eſſe teneſmon: cui remedia celeria faciliaque proponebantur. In hoc quum tres menſes 3
ſine ullis doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet: ſubito tanta vis morbi in unum inteſtinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos 1 fiſtula putris eruperit. Atque hoc 4
2 priusquam ei accideret, poſtquam in dies dolores adcreſcere, febremque adceſſiſſe ſenſit, Agrippam generum ad ſe arceſſiri juſſit & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducaeum. hos ut veniſſe vidit, 3 in cubitum innixus: quan- 5
tam, inquit, curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, quum vos teſtes habeam, nihil neceſſe

1 *Fiſtula putris eruperit.*] Cl. Oudendorpius ad J. Caeſarem L. I. B. Civ. c. 80. legendum conjicit, *fiſtulâ pûs ſe eruperit.* Vid. & ad L. II. c. 12.

2 *Hoc priusquam ei accideret*] Vide Cerdam ad Virg. IV. Aen. 27.

3 *In cubitum*] Curtius III, 6, 9. *Alexander levato corpore in cubitum, epiſtolam, a Parmenione miſſam, ſiniſtra manu tenens, accepit poculum.* Ovid. III. Ex Ponto Ep. 3. vſ. 11. *Territus in cubitum relevo mea membra ſiniſtrum.* Homerus Iliad K. vſ. 80. Ὀρθωθεὶς δ' ἄρ' ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν ἐπαείρας Ἀτρείδην προσέειπε.

necesse est pluribus verbis commemorare. quibus quoniam, ut spero, satisfeci, me nihil reliqui fecisse, quod ad sanandum me pertineret, reliquum est, ut egomet mihi consulam. Id vos ignorare nolui.
6 Nam mihi stat, alere morbum desinere. namque his diebus quidquid cibi sumpsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a vobis peto primum, ut consilium probetis meum: deinde, ne frustra dehortando conemini.

CAPUT XXII.

1 Hac oratione habita, tanta constantia vocis atque vultus, ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare; quum quidem Agrippa eum flens, atque osculans, oraret, atque obsecraret, ne ad id, quod natura cogeret, ipse quoque adcelleraret: & quoniam tum quoque posset temporibus superesse, se sibi suisque reservaret: preces ejus 1 taciturna sua obstinatione depressit. Sic quum biduum 2 cibo se abstinuisset, subito febris decessit,

1 *Taciturna sua obstinatione*] Curtius L. VIII cap. 1. §. 30. *Illis ad silentium obstinatis* L. IX. c. 2. §. 30. *Obstinatum silentium.*

2 *Cibo se abstinuisset*] Ita lege. V. Davis. & Oud. ad J. Caesarem L. VIII. B. G. c. 44. p. 501.

cessit, leviorque morbus esse coepit. tamen propositum nihilo secius peregit. Itaque die quinto, postquam id consilium inierat, pridie Kalend. Aprilis, Cn. Domitio, C. Sosio Coss. decessit. Elatus est in lecticula, ut ipse praescripserat, sine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus est juxta viam Appiam, ad quintum lapidem, in monumento Q. Caecilii avunculi sui.

CORNELII NEPOTIS
FRAGMENTA,

Quae reperiri potuerunt omnia:

Olim ſummo

ANDREAE SCHOTTI

Studio conlecta

CURANTE

AUGUSTINO VAN STAVEREN.

R

CORNELII NEPOTIS
FRAGMENTA,

Quae reperiri potuerunt omnia:

ANDREAE SCHOTTI

Studio Conlecta,

Nunc passim emendata & alicubi aucta.

Chronicorum Lib. I.

Caput I.

De Homero & Hesiodo inter o- 1
mnes fere scriptores constitit,
utrumque vixisse ante Romam
conditam, ut Cornelius Ne-
pos in primo Chronicorum de
Homero dixit, annis circiter centum &
sexaginta.

Nepoti, & Lutatio Romam placet con- 2
ditam Olympiadis septimae anno secundo.

Archilochum Nepos Cornelius tradit
Tullo Hostilio Romae regnante jam tunc 3
poëmatis clarum & nobilem. *A. Gell.*
17, 21.

M. Manlius Romae, qui Gallos in ob- 4

fidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est, consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capitis, e saxo Tarpejo, ut M. Varro ait, praeceps datus est: ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est.

5 Alexander Magnus Pellae oritur, ut Nepos edidit, M. Fabio Ambusto, Tito Quinctio Capitolino Coss. post Romam conditam anno trecentesimo octogesimo quincto. *Solin. c.* 40. *Polyhist.*

6 P. Terentius maxime familiariter vixit cum Scipione Africano, & C. Laelio, &c. quamvis Cornelius Nepos omnes aequales fuisse tradat.

CORNELII NEPOTIS

Exemplorum Lib. II.

CAPUT II.

1 A virgine Vestale.

LIB. V.

2 Cornelius Nepos exemplorum quinto litteris mandavit, multis in Senatu placuisse, ut ii, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur: sed eam sententiam numero plurium, quibus id non videretur, superatam, eos tamen, qui ad Hannibalem non redissent, usque

usque adeo inteſtabiles inviſosque fuiſſe, ut taedium vitae ceperint, necemque ſibi conſciverint. *A. Gell.* 7, 18.

CORNELII NEPOTIS
Inluſtrium Virorum Lib. II.

CAPUT III.

Subinde. 1

LIB. XV.

Harum partum.

LIB. XVI.

A fratre patruele.

INCERTA QUO LIBRO
Virorum Inluſtr. poſita.

Karthago antea ſpeciem habuit duplicis oppidi, quaſi aliud alterum amplecteretur. cujus interior pars Byrſa dicebatur, exterior Magalia. Hujus rei teſtis eſt C. Nepos in eo libro, qui Vita Inluſtrium inſcribitur. *Serv. ad* 1. *Aen.* 372. 2

Propius Grammatico acceſſi. 3

Albinus, qui cum L. Lucullo conſul fuit, res Romanas oratione Graeca ſcri- 4

psitavit. In ejus Historiae principio scriptum est ad hanc sententiam: neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret. nam sum, inquit, homo Romanus, natus in Latio: Graeca oratio a nobis alienissima est. Ideoque veniam gratiamque malae existimationis,
5 si quid esset erratum, postulavit. Ea quum legisset M. Cato: Nae tu, inquit, Aule, nimium nugator es, quum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut quum inprudentes erravimus, aut quum expulsi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur. Scriptum hoc est in libro Cornelii Nepotis de inlustribus viris.

CORNELII NEPOTIS

Lib. I. *de Vita Ciceronis.*

CAPUT IV.

1 Cornelius Nepos, & rerum memoriae non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiaris fuit: atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius composuit, errasse videtur, quum eum scripsit tres & viginti annos natum

natum primam caussam judicii publici egisse: Sextumque Roscium parricidii reum defendisse.

Frustra Tullium suspicimus. Refert 2 enim Cornelius Nepos, se praesente, iisdem paene verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio seditioso Tribuno defensionem peroratam.

CORNELII NEPOTIS

Lib. I. *Epistolarum ad Ciceronem.*

CAPUT V.

Tantum abest, ut ego magistram esse 1 putem vitae Philosophiam, beataeque vitae perfectricem; ut nullis magis existimem opus esse magistris vivendi, quam plerisque, qui in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum, qui in schola de pudore & continentia praecipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere.

M. TULLII CICERONIS

AD CORN. NEPOTEM.

Epistolarum Lib. II.

Itaque nostri, quum omnia, quae dixis- 2 semus, dicta essent: quae facete & brevi-

ter, & acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari *dicta* voluerunt.

Ad eumdem, ex libro incerto.

3 Hoc restiterat etiam, ut a te fictis adgrederer donis.

4 Qui habet, ultro adpetitur: qui est pauper, adspernatur.

5 Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior aut elegantior? *Suet. Caes.* 55.

6 Ut Tullius docet, crudelitatis increpans Caesarem in quadam ad Nepotem epistola. Neque enim quidquam aliud est felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas. Vel, ut alio modo definiam, Felicitas est fortuna adjutrix consiliorum bonorum: quibus qui non utitur, felix
7 nullo pacto esse potest. Ergo in perditis inpiisque consiliis, quibus Caesar usus erat, nulla potuit esse felicitas. feliciorque meo judicio Camillus exsulans, quam temporibus iisdem Manlius, etiamsi, id quod cupierat, regnare potuisset.

8 Haec quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum, stylis uberibus explicatas, non edidere superstites, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epi-

epistola Tullius quoque testis reverendus adfirmat.

Sententiae illius Tullianae ignarus, do- 9
centis, infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarunt.

Idem ad Atticum de Nepote.
Lib. 16. Ep. 5.

Nepotis epistolam exspecto. cupidus ille 10
meorum, qui ea, quibus maxime γανελῶ, legenda non putet? & ais μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος.

Male narras de Nepotis filio, valde 11
mehercule moveor, & moleste fero. nesciebam omnino esse istum puerum. *Ep.* 14.

Hic SCHOTTUS inseruit Catonis & Attici vitas.

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA.

Incerta partim quo libro posita, partim quibus verbis concepta.

CAPUT VI.

Nepos auctore certo comperisse se 1
ait, C. Laelium quondam in Puteolano Kalend. Martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, petiis-

se,

se, ab ea ne interpellaretur: serius tandem ingressum triclinium dixisse, non saepe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum, scripta illa proferret, pronuntiasse versus, qui sunt in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ:

Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt. Donat. in vita Terentii.

2 L. Otacilius Pilitus Rhetoricam professus, Cn. Pompejum Magnum docuit; patris ejus res gestas, nec minus ipsius, compluribus libris exposuit: primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam.

3 Cornelius Nepos in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acute scienterque possint, aut dicere, aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes, qui a Graecis γραμματικοὶ nominentur.

CAPUT VII.

1 Praeter Physicos, Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recen-

centior, ita auctoritate certior [tradit:] Testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retulisse commemorat. Quum Galliis proconsul praeesset, 2
Indos quosdam a rege Baetorum dono sibi datos: unde in eas terras devenissent, requirendo, cognovisse, vi tempestatum ex Indicis aequoribus abreptos, emensosque, quae intererant, tandem in Germaniae littora exiisse. *Mela* 3, 5.

Largitudo. 3

Eudoxus quidam avorum nostrorum 4
temporibus, quum Lathurum regem Alexandriae profugeret, Arabico sinu egressus, per hoc pelagus, ut Nepos adfirmat, Gades usque pervectus est. *Mela* 3, 9.

Paphlagonia insignis loco Heneto, a 5
quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati.

Fauces Oceani T. Livius, ac Nepos 6
Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimum, VII M. pass. ubi vero plurimum, X M. *Plin.* 3. *prooem. ibid.* 3, 17.

Melpum opulentia praecipuum, quod 7
ab Insubribus, & Bojis, & Senonibus deletum est eo die, quo Camillus Vejos ceperit, Nepos Cornelius tradidit. *Plin.* 3, 17.

Ultra Aquilejam VI M. pass. Formio 8
R 6 amnis,

amnis, ab Ravenna CLXXXIX. pass. antiquus Italiae auctus terminus, nunc vero Istriae: quam cognominatam a flumine Istro in Adriam effluente a Danubio amne, eidemque Istro ex adverso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente, plerique dixere falso, & Nepos [Cornelius] etiam Padi accola. *Plin.* 3. *N. H.* 18.

CAPUT VIII.

1 Alpes in longitudinem XM. pass. patere a supero mari ad inferum, Caelius tradit: Timagenes XX M. pass. deductis in latitudinem, Cornelius Nepos CM: T. Livius tria M. stadiorum: uterque diversis in locis. *Plin.* 3, 19.

2 Inter duos Bosphoros, Thracium & Cimmerium, directo cursu, ut auctor est Polybius; IↃM. passuum intersunt. Circuitu vero totius Ponti vicies semel centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adjicit. *L.* 4, 12.

3 In ora Oceani, colonia Augusti, Julia Constantia, &c. & ab ea XXXII M. pass. colonia a Claudio Caesare facta Lixos. Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule, & Hesperidum Horti &c. Exstat

in

in ea & ara Herculis, nec praeter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur protentosa Graeciae mendacia, de iis & amne Lixo prodita, qui cogitent, nostros nuper paullo minus monstrifica quaedam de iisdem tradidisse: praevalidam hanc urbem, majoremque Karthagine magna: praeterea ex adverso ejus sitam, & prope immenso tractu ab Tingi: quaeque alia Cornelius Nepos avidissime credidit. *Lib.* 5. *c.* 1.

Aliqui inter Pontum & Caspium mare 4
CCCLXXV M. pass. non amplius interesse tradiderunt: Cornelius Nepos CCLM. *Lib.* 6, 1.

Polybius in extrema Mauritania contra 5
montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex adverso maxime Karthaginis a continente passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. *Lib.* 6, 31.

Nepos Cornelius, qui Divi Augusti 6
principatu obiit: Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat; nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther, Aedilis Curulis, primus in praetexta usus inprobatur; qua purpura quis non jam, in-

quit, tricliniaria facit? *L.* 9. *c.* 17. *&* 39.

7 Onychem etiam tum in Arabiae montibus, nec usquam aliubi nasci putavere nostri veteres: sed & in Germania potoriis, & primum vasis inde factis, dein pedibus lectorum sellisque, Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, quum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo, & urceos magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se.

CAPUT IX.

1 Νέπως δὲ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν Λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλισθένους διαφθαρέντα. Τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μὲν ὡς ἀγαπῷτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν. ἐκστῆσαι δὲ καὶ καταλῦσαι τὸν λογισμόν, ὥστ' ἔτι ζῶντος αὐτοῦ, τὴν οὐσίαν διοικεῖν τὸν ἀδελφόν.

Cornelius Nepos ait: non senio, neque morbo alienata mente fuisse Lucullum, sed a quodam liberto Callisthene venenis corruptum. Datum autem esse venenum, ut Callisthenes impensius ab eo diligeretur, quod ejusmodi vi pollere id putaret. Ita vero alienasse & solvisse mentem ejus, ut adhuc viventis facultates frater procuraret.

Νέπως

Νέπως ὁ Κορνήλιος φησὶν, οὐ Κράσσου, 2
Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν
θυγατέρα γῆμαι Γάϊον.

Cornelius Nepos non Craffi, fed Bruti, ejus, qui de Lufitanis triumphavit, filiam nuptum Cajo datam, ait.

Ἀννίβᾳ δὲ τῶν μὲν ἄλλων, ἐλάχιστος ἦν λό- 3
γος, Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος,
αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον. καὶ τῷ νεκρῷ
παραστὰς, καὶ πολὺν χρόνον τήν τε ῥώμην τοῦ
σώματος καταμαθὼν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φω-
νὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτε ἀπ᾽ ὄψεως τὸ
χαῖρον, ὡς ἄντις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν
ἀπεκτονὼς ἐξέφηνεν. ἀλλ᾽ ἐπιθαυμάσας τὸ
παράλογον τὸ τελευτῆς, τὸν μὲν δακτύλιον
ἀφείλετο. τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι
κόσμῳ, καὶ περιστείλας, ἐντίμως ἔκαυσε, καὶ τὰ
λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρᾶν, καὶ
χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν
υἱόν. τῶν δὲ Νομάδων τινὲς περιτυχόντες τοῖς 4
κομίζουσιν, ὥρμησαν ἀφαιρεῖσθαι τὸ τεῦχος.
ἀντιλαμβανομένων δ᾽ ἐκείνων, ἐκβιαζόμενοι
καὶ μαχόμενοι διέρριψαν τὰ ὀστᾶ. πυθόμενος 5
δὲ Ἀννίβας, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν,
οὐδὲν ἄρα δυνατὸν γενέσθαι ἄκοντος θεοῦ, τοῖς
μὲν Νομάσιν ἐπέθηκε δίκην, οὐκ ἔτι δὲ κο-
μιδῆς ἢ συλλογῆς τῶν λειψάνων ἐφρόντισεν.
ὡς δὴ κατὰ θεόν τινα καὶ τὸ τελευτῆς καὶ τῆς
ἀταφίας παραλόγως οὕτω τῷ Μαρκέλλῳ γε-

νο-

σνομένης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Λίβιος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασι, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς.

Hannibal vero quum reliquos minimi faceret, Marcellum cecidisse audito, ipse ad locum accurrit: cadaverique adsistens, diuque corporis robur & formam contemplatus, neque superbam ullam emisit vocem, neque vultu laetitiam (ut consentaneum erat eum, qui tam molestum & gravem hostem interfecisset) prae se tulit: sed inopinatum viri exitum miratus, annulum ei abstulit, corpus digno habitu ornatum, vestibusque decentibus amictum, cremavit. reliquias in urnam argenteam lectas, aurea superaddita corona, ad filium misit. Sed quidam Numidae, quum in ferentes ea incidissent, adimere vi conati sunt: illis reluctantibus, ac vim vi repellentibus, ossa disjecta sunt. Hannibal, hoc audito, ad eos, qui aderant; Nihil, inquit, utique Diis invitis fieri potest: sumto de Numidis supplicio, nullam praeterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: ut qui Dei alicujus numine Marcello hunc exitum vitae, & sepulturae privationem ita praeter omnium opinionem evenisse crederet. Haec Cornelius Nepos & Valerius Maximus narrant. Livius & Augustus Caesar, perlatam ad filium Marcelli

celli urnam, & honorifice sepultas ejus reliquias perhibent.

Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ 7
Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ'
ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκι-
πίωνος. ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέ-
πωτι, καὶ τῶν ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πι-
στεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρ-
κέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι.

Hannibalem Marcellus, ut Polybius narrat, ne semel quidem vicit, sed invictus hic vir fuisse videtur usque ad Scipionem. Nos autem Livio, & Caesari, & Nepoti, & ex Graecis scriptoribus regi Jubae credimus, aliquotiens Hannibalem a Marcello victum, & in fugam versum esse.

CAPUT X.

Cornelius Nepos, qui Divi Augusti 1
principatu obiit, quum scriberet, turdos paullo ante coeptos saginari, addidit, ciconias magis placere, quam grues: quum haec nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit attigisse. *Plin.* 10, 23.

Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, &c. Postea praecipuam auctoritatem fuisse lupo & asellis, Cornelius Nepos, & Laberius, poëta mimorum, tradidere. 9, 17.

Magnitudo loto arbori, quae piro: quamquam Nepos Cornelius brevem tradat, &c. Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos; baccasque contusas cum alica ad cibos dolio condi. 13, 17.

4 Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos auctor est. 16, 10.

5 Cornelius Nepos tradit, ante Sullae victoriam duo tantum triclinia Romae fuisse argentea. 33, 11.

6 Primus invenit lineas colorare, testa, ut ferunt, trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Prisci Romani regis patrem, fugientem a Corintho injurias Cypseli tyranni, mox docebimus. 35, 3.

7 Primum Romae parietes crusta marmoris operuisse totius domus suae in Coelio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum, equitem Romanum, praefectum fabrum C. Caesaris in Gallia, &c. Adjecit idem Nepos, eum primum totis aedibus nullam, nisi e marmore, columnam habuisse, omnes solidas e Carystio, aut Lunensi. 36, 6.

C A.

CAPUT XI.

Aedis Martis est in circo Flaminio architectura ab Hermodoro Salaminio. 1

Non amplius ter bibere Augustum solitum super coenam, in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. 2

In extrema Britanniae parte Memma, 3 quam Cornelius etiam Annalium scriptor, narrat metallis plurimis copiosam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines, alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritasque volventia.

EPISTOLA CORNELIAE MATRIS GRACCHORUM.

CAPUT XII.

Dices, pulchrum esse inimicos ulcisci. 1 Id neque majus, neque pulchrius cuiquam, atque esse mihi videtur; sed si liceat republ. salva ea persequi. Sed qua- 2 tenus id fieri non potest, multo tempore, multisque partibus inimici nostri non peribunt; atque uti nunc sunt, erunt potius,

tius, quam reſpubl. profligetur, atque pereat.

Eadem alio loco:

3 Verbis conceptis dejerare auſim, praeterquam qui Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum moleſtiae, tantumque laboris, quantum te ob
4 has res, mihi tradidiſſe: quem oportebat omnium eorum, quos ante habuerim liberos, partis eorum tolerare: atque curare, ut quam minimum ſollicitudinis in ſenecta haberem, utique quaecumque ageres, ea velles maxime mihi placere: atque uti nefas haberes rerum majorum adverſum meam ſententiam quidquam face-
5 re. Praeſertim mihi cui parva pars vitae ſupereſt, ne id quidem tam breve ſpatium poteſt opitulari, quin & mihi adverſeris, & rempubl. profliges. Denique quae pauſa erit? & quando deſinet familia noſtra inſanire? & quando modus ei rei haberi poterit? & quando deſinemus, & habentes, & praebentes, moleſtiis deſiſtere? & quando perpudeſcet miſcenda atque perturbanda republ. Sed ſi omnino id fieri non poteſt; ubi ego mortua ero, petito Tribunatum, poſt me facito, quod libebit, quum ego non
8 ſentiam. Ubi mortua ero, parentabis mihi,

mihi, & invocabis 1 Deum parentem. In eo tempore, non pudet te eorum Deum preces expetere, quos vivos atque praesentes, relictos atque desertos habueris? Ne ille sirit Jupiter, 2 te ea perseverare, 9
nec tibi tantam dementiam venire in animum; & si perseveras, vereor in omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

1 *Deum parentem.*] Legit Salmasius in Exercit. Plin. *Deos manes parentis*, & mox pro *preces*, substituit *paces* adprobante Graevio ad Ciceron. pro Domo sua ad Pontif. cap. 41.

2 *Te ea perseverare*] Rutgersius Lib. v. V. Lect. c. 12. legit *te eo perseverare*. Sed Gronovius ad Livium L. XXII. c. 38. *te ea perseverare*. & pro *sinat*, *sivit*. De verbo perseverare cum quarto casu V. & Interpr. ad Hirtium de B. Afric. c. 18.

CHRO-

CHRONOLOGIA IMPP. GRAECIAE

APUD

CORNELIUM NEPOTEM,

Per OLYMPIADAS.

Ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte, ac potissimum Diodoro.

OLYMPIADIS LXII. annus IV. putatur Urbis conditae Varronianus 225. & incidit in annum Periodi Julianae 4185; ante aeram vero Christianam 529.

Cyrus occidit in bello contra Massagetas. *Nepos* 21, 1, 2. vide *Petavii Rationar. tempor. parte* 2. *lib.* 3. *c.* 9. *&* 10. *Usser. annal. V. T. ad ann. mund.* 3475. *Riccioli Chronologiae reform.* 5, 7, 1. *&c.*

OLYMPIAS LXIII.

1.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXIV.

1.
2.
3.

4.

4. *Darius* Hyſtaſpis F. regnum Perſarum adipiſcitur. 21, 1. 2. *Petav. de doctr. temp.* 10, 18. *Ricciol.* 5,7.3. *Selden. canon. chron. ad an. P. I.* 4197.

OLYMPIAS LXV.

1.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXVI.

1.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXVII.

1. Circa hoc tempus *Miltiadis* Cimonis F. in Cherſoneſum mittitur. *Nepos lib.* 1. & 2. vid. *Petav. part.* 1. *R. T. lib.* 2, 8.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXVIII.

1.
2. *Miltiades*, Cherſoneſo relicta, Athenas redit. 1, 3, 6. — *Darius* Scythis bellum inferre decernit: pontemque in Iſtro facit. *Nep.* 1, 3, 1.
3.
4.

OLYM-

OLYMPIAS LXIX.

1.
2.
3.
4. Atheniensium auxilio Iones Sardes expugnant. *Nep.* 1, 4, 1. *Herodot.* 7. *Petav. D. T.* 13. & *Ricciol. in chronico magno.* Sed *Usserius an.* 3504. quadriennio post contigisse vult.

OLYMPIAS LXX.

1.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXXI.

1.
2.
3.
4. *Themistocles* archon persuadet Atheniensibus, ut *portum Pyraeei*, & *classem novam exaedificent.* 2, 2, 1. & 2, 6, 1. *Plut. Herod. Polyaen.* 1. Ita *Simson. in chron. cathol.*

OLYMPIAS LXXII.

1.
2. *Darius* Datin & Artaphernem adversus Graecos cum classe 700. navium mittit. Hi Eretriam capiunt; inde in Atticam accedunt. 1, 4, 1, & 2.

3. *Miltiades* Cimonis Filius Atheniensium Dux Darium vincit, una cum *Aristide* cognomento Justo. 1, 5, 5. — *Pugna Marathonia* Darius Persarum rex profligatur. *Herod.* 6. *Thucyd.* 1. *Dionys. Gell.* & *Nepos in Miltiade c.* 5, 5. Alii in ann. 2. aut 1. conjiciunt. Vid.

Vid. *not. ad l. c. Nepotis*: ibique laudatis adde *Usser. annal. V. T. ad ann. M.* 3514. *Ricciol. Chronol. reform.* 3, 3, 7.

4. *Miltiades* Parum infeliciter adgressus, in vincula conjicitur, & in iis obit, juxta *Petav.* 1, 3, 2. & *Labbeum*, aliosque. *Nepos* 1, 7, 6. *Plut. Cimone.*

OLYMPIAS LXXIII.

1.

2.

3. *Xerxes* Dario Hystaspis F. mortuo succedit 21: 1, 2. *Herodot.* 7. Vide *Petav.* 2, 3, 10. *Ricciol.* 5, 7, 4.

4.

OLYMPIAS LXXIV.

1.

2. *Aristides* Ostracismo urbe pellitur ab ingratis civibus. *Diod. lib.* XI. *Plut. & Nepos* 3, 1, 2. vid. *not. ad* 3, 1, 5. *Simson.* ad an. 4. Ol. 73. refert.

3.

4. *Themistocles* oraculum interpretatur de muris ligneis. 2, 2, 6.

Xerxes in Asiam proficiscitur, & hyeme Sardibus exacta. vere transit in Graeciam. *Plutarch. Themist. & Aristid. Diod.*

11. *Justin.* 2. *Nepos* 2, 2, 4. & 5. Vide ibi not. & illic laudatis adjice *Ricciolum* 3, 3, 8. *Selden. Canon. Chron.* 4233.

OLYMPIAS LXXV.

1.

Bellum Persicum Xerxis in Graeciam. Athenae incensae. 2, 2, 4. 3, 1, 5.

Aristides ante tempus ab exsilio revocatur. *Plut. Nepos* 3, 1, 5. *v. not.*

Pugna ad Thermopylas duce Leonida. qua 300. Spartani caesi. 2, 3, 1.

Pugna ad Artemisium Persarum infelix. 2, 3, 2.

Xerxes ad Salaminem victus fugatusque a *Themistocle* 2, 4, 5. *&c. Plut. Herod.* 7. *Diod. alii.* vid *not. ad* 2, 5, 3.

2. *Aristides* Athen. & *Pausanias* Lacedaemon. cum Mardonio pugnant. 3, 2, 1, 2. & 4, 1, 2.

Pugna ad Plataeas, duce Persarum Mardonio occiso, & altera eodem die ad Mycalem. 4, 1, 2. *Herodot.* 9. *Diod.* 11. *Plut. Aristide*, *alii.*

3. Athenienses consilio *Themistoclis* muros suos instaurant, repugnantibus Spartanis. *Diod. lib.* XI. *Plut. Nep.* 2, 6, & 7.

4. Ejusdem suasu Piraeei portus Athenis absolvitur. *Diod. ibid. Thucyd.* 1. *Nep.* 2, 6, 2. Sic & *Petavius*, ac *Simsonius.* Sed *Usserius* con-

Lacedaemonii Pausaniam cum classe communi in Cyprum mittunt. 4, 1, 4

jicit

jicit in annum 3. Olymp. 76. *Aristidis* aequitate Graecorum imperium ad Athenienses defertur, & societatem ineunt. 3, 2, 2. Ejusdem opera aerarium Graeciae in Delo constituitur. 3, 3, 1.	

OLYMPIAS LXXVI.

1.	
2.	*Lacedaemonii* maris imperium affectant. *Diod. Nepos* 3, 2, 2. *&c.*
3.	
4.	

OLYMPIAS LXXVII.

1.	
2. *Themistocles* Ostracismo pulsus, Athenis, & absens proditionis damnatus, ad Admetum, hinc ad Xerxem (sive Artaxerxem) fugit 2, 8, 9. *Diod.* 11. *Plut.* Aliter *Usserius.* vid. *not. ad* 2, 9, 1.	
3. *Cimon* Atheniensium dux vincit Persas praelio navali ac terrestri eodem die. 5, 2, 2, & 3. *Diod.* 11. *Plut.*	*Bellum in Persas I.* ad Eurymedontem fluv. *Diod. & Polyaen.*
4.	

OLYMPIAS LXXVIII.

1.	
2. *Aristides* obit, secundum *Simson. Nepos* 3, 3.	

3. *Themistocles* Magnesiae moritur. 2, 10, 4. *Thucyd.* 1. vide *Usser. a.* 3538. *Petavius* triennio post obiisse conjicit.

4. *Xerxes* Persarum Rex ab Artabano trucidatus. Succedit *Artaxerxes Macrochir. Diodor. lib.* XI. *Ctesias. Nepos* 21, 1, 5. vid. *Petav. R. T. part.* 2. *lib.* 2. 10. *Ricciol.* 5, 7, 4. Sed *Usserius* fere novennio integro initium ejus anterius facit, *ad A. M.* 3531.

OLYMPIAS LXXIX.

1. *Thasii*, qui ab Atheniensibus defecerant, a *Cimone* victi. *Thucyd. Diod.* XI. *Nepos* 5, 2, 5.

2. *Bellum in Persas II.*

3.

4.

OLYMPIAS LXXX.

1. *Cimon* ostracismo ejicitur. 5, 3, 1. *Diodor.* 11. — *Bellum Corinthium* excitatum a Megarensibus.

2.

3.

4.

OLYMPIAS LXXXI.

1.

2. *Cimon* in patriam revocatur. 5, 3, 3.

3. Atheniensium cum Lacedac-

		daemoniis per *Cimonem* foedus quinquennale. *Diod. lib.* XI. *Thucyd* I. *Nep.* 5, 3, 3. *Petav. a. P. J.* 4264. & *Labbeus* in annum 4. Olymp. 82. conjiciunt. Sed *Nepos* quinto exsilii anno id factum ait.
4.		

OLYMPIAS LXXXII.

1.		
2.		
3.	*Cimon* Persas in Cypro vincit, & maris imperium suis vindicat. *Diod. Plutarch. Thucyd. lib.* I. & *Nepos* 5, 3, 4.	*Bellum in Persas III.* ab Atheniensibus motum.
4.	*Cimon* in Cypro moritur. *Auctores iidem.*	*Persae* a *Cimone* Athen. duce victi pacem cum Atheniensibus componunt. *Diod.* XI. *Thucyd.* 3.

OLYMPIAS LXXXIII.

1.		*BellumLacedaemonium* III. gestum a Lacedaem. cum Megarensibus. *Diod. lib.* 12.
2.		*Athenienses* ad Coroneam victi a Boeotis. *Diod.* 12.
3.	*Agesilaus* nascitur.	*Bellum Euboicum* duce Pericle cum Euboeensibus gestum. *Diod. lib.* 13.
4.		

OLYMPIAS LXXXIV.

1.
2.
3.
4. *Bellum Samium*, quo Samii, qui defecerant, anno seq. in poteſtatem Athenienſium veniunt Pericle duce. *Diod. lib.* 13.

OLYMPIAS LXXXV.

1. *Bellum Byzantium*, quo Byzantii ſubacti. *Diod. lib.* 12.
2. *Bellum Corinthium* & *Corcyraeum* Diod. 12. Thucyd. 1.
3.
4. *Corinthiorum* & *Corcyraeorum* ad bellum apparatus. *Diod.*

OLYMPIAS LXXXVI.

1. *Corcyraei* vincunt Corinthios auxilio Athenienſ. *Diod.* Sed *Petavius R. T.* 1, 3, 6. & *D. T. lib.* 13. ac *Labbeus* in annum ſeq. conjiciunt.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXXXVII.

1. *Bellum Peloponneſiacum* incipit. *Diod. l.* 12. *Thucyd.* 2. & 3. non a anno 2. ut volunt ex *Diodor.* alii. *v. Petav.* 2, 3, 11. *Strauch. breviar. chro-*
2.

3. *chronol.* 4, 28. *Langium*
4. *de ann. Chr.* 2, 16.

OLYMPIAS LXXXVIII.

1.
2. Athenienses duce *Chabria* & Lachete prospere ad Syracusas pugnant. *Diod.*
3.
4. *Artaxerxi* Reg. Persarum mortuo succedit Xerxes. *Diod.* Alii biennio post id contigisse volunt. v. *Simf. an.* 3582.

OLYMPIAS LXXXIX.

1.
2.
3. Inter Athen. & Laced. 50. annorum *induciae* fiunt; post annos 8. dissolutae. *Thucyd.* 5. Alii eas in annum praeced. conjiciunt.
4.

OLYMPIAS XC.

1.
2.
3.
4. *Alcibiades* instaurat Rempub. Argivorum. *Diod.* — Athenienses *bellum Siciliense* suscipiunt.

OLYMPIAS XCI.

1. *Alcibiades*, Nicias ac Lamachus duces Athen. ad bellum cum Syracusanis gerendum

missi. *Diod. lib.* 13. *Thucyd.* 8. *Nep.* 7, 3, 1.

2. *Alcibiadis*, quod conjurasset contra Remp. postulatio & fuga ad Spartanos. *Diod. Nepos* 7, 3, 3. 7. 7, 2, *alii.*

Pugna ducum Atheniens. cum Syracusanis. *Diod. l.* 13. Alii anno seq. contigisse putant.

3.

4. *Bellum Decelicum. Decelia* munitur a Spartanis *Alcibiadis* jussu contra Athenienses, 7, 4, 7.

OLYMPIAS XCII.

1. *Alcibiades* exsul agit cum Atheniens. ut restituatur in patriam. *Diod. lib.* 13. *Thuc.* 15. *Nep.* 7, 3, 5.

2. *Alcibiades* ab Atheniensibus revocatur. *Iidem auctores.*

Athenienses duce Thrasyllo & *Thrasybulo* navali praelio Lacedaemonios ducemque Mindarum vincunt. *Diod.* 13.

3. *Conon* sedat Corcyrae seditionem. *Diod.*

Athenienses iisdem ducibus Lacedaem. vincunt navali praelio ad Cyzicum, duce eorum Mindaro occiso. *Diodor. ibid. Thucyd. Xenoph.* 1. *Usserius* id triennio posterius facit priori.

4. *Alcibiad.* & *Thrasybulus* in Thracia prospere pugnant. *Diod. ibid.*

OLYMPIAS XCIII.

1. *Alcibiades* Athenas reversus, fit summus Imp. & brevi exsulat. *Diod. ibid. Nep.* 7, 7, 1.	*Atheniensium* ad Andrum cum *Lacedaemoniis* pugna, ducibus *Alcib. Adimanto* & *Thrasybulo.* Diod. Nep. 7, 7, 1.
2.	Athenienses *Conone* duce male pugnant cum Callicratide ad Methymnam, & altera pugna ad Mytilenem. *Diod. lib.* 13. Factum hoc alii censent anno seq.
3.	*Dionysius* senior Syracusis tyrannidem obtinet. *Dionys. Halyc. l.* 7.
4. *Conon* ad Euagoram Cypri Regem fugit. *Diod.*	*Athenienses* a Lacedaemoniis ad Aegos Potamos a *Lysandro* debellati. *Diod. l.* 15. *Nepos* 6, 5, 4. 7, 9, 1. 9, 1, 2.
Lysander Athenas capit, & triginta tyrannos eis inponit. 8, 1, 5.	

OLYMPIAS XCIV.

1. *Alcibiades* in Phrygiam fugit, & illic opprimitur. *Diod Plut. Nepos* 7, 10, 6.	Finis belli Peloponnesiaci. v. *Petav. D. T.* 10, 28. *R. T.* 1, 3, 9.
2. *Lysander* accusatus, absolvitur. *Diod. Nep.* 6, 3, 4.	
3.	
4. *Thrasybulus* devictis tyrannis, Atheniensibus libertatem restituit. 8, 5, 1. *&c. Diod.* 13, 14. *Xenoph. rer. Gr.* 2.	

OLYMPIAS XCV.

1.
2. *Conon* Athen. exsul Persicae classi praeficitur adversus Lacedaemonios. *Diod. lib.* 14. *Nep.* 9, 2, 2.
3.
4.

OLYMPIAS XCVI.

1. *Agesilai* cum Persis in Asia bellum. 17, 2, 2. *Diod.* 14.
Lysander, dux Lacedaem. ad Haliartum interfectus. 6, 3, 4. *Diod.* 14.
2. *Conon* vincit Periarchum Lacedaemon. classis praefectum ad Cnidum. *Diod. Xenoph. Plut. Agesilao. Nep.* 9, 4. 4. Alii anno seq. id evenisse volunt. vid. *Usser. a.* 3610.

Bellum Sociale Lacedaemonium.
Lacedaemonii a *Conone* victi, post ad Coroneam duce *Agesilao* prospere pugnant. *Diod. Nep.* 17, 4, 5.

3. *Conon* muros Athen. ope Thebanorum restituit, & a Tiribazo custodiae traditur. 9, 4, 5. 9, 5, 3. *Diod.* 14.

Belli Corinthiaci initium. *Diod.*

4. *Iphicrates* ad Corinthum feliciter pugnat. *Diod.* 14. & *Nepos* 11, 2, 3.
Deponit Imperium, & *Chabrias* succedit.

OLYM-

OLYMPIAS XCVII.

1. *Thrasybulus* cum classe missus in Thraciam & Lesbum. *Diod.* 14.
2. *Agesilaus* Rex Lacedaem. agrum Corinthium populatur. 17, 5, 1. *&c.*
3. *Thrasybulus* ab Aspendiis necatus. *Diod.* 14. *Nepos* 8, 4, 4.
4.

OLYMPIAS XCVIII.

1.
2. *Chabrias* Euagorae adjutor datus, totam Cyprum devincit. 12,2,2. *Xenoph. rer. Gr.* 5. Ita *Usser.* a. M. 3617. Alii Olympiade 97. contigisse volunt. v. *not.*
3.
4. *Datames* ab Artaxerxe Ciliciae praeficitur. *Diod. Nep.* 14, 1, 5.

1.
2.
3. Lacedaemonii, duce Phoebida, arcem Thebarum Cadmeam occupant. *Diod. Aristid. Polyb. Nep.* 16, 1, 2.
4. *Bellum Laconicum*, *Boeoticum.* Diod. *l.* 15. Aristides: Isocr. in Panegyrico.

OLYMPIAS C.

1.

2.

3. *Thebani* exsules ope Atheniens. Cadmeam recipiunt. 16, 3, 3. *Diod.* *Xenoph. alii.*

4. *Agesilai* in Boeotiam expeditio. 12, 1, 2.

Chabriae victoria de Spartanis *ibid.*

Chabrias Acorin Aegypti R. adjutum profectus, Athenas revocatur. 12, 2, 3. *Diod.*

Idem novo pugnae genere Boeotos servat. 12, 1, 2. *Diod.* 15.

Iphicrates ab Athen. auxilio regi Persarum Artaxerxi mittitur. 11, 2, 4. *Diod.* — *Bellum Lacedaem. I.*

OLYMPIAS CI.

1. *Timotheus* Lacedaemonios ad Leucadem superat 13, 2, 1. *Diod. lib.* 15. *Xenoph. lib.* 5.

Chabriae interfecto succedit Iphicrates. *Diodor. ibid* Alii tamen Chabriam demum post aliquot annos, bello sociali, periisse volunt. vide *Simson. ad an. M.* 3629.

2.	*Lacedaemonii* maris imperium relinquunt *Atheniensibus*. 13. 2, 2. *Diod.* 15.
3. *Timotheus* Corcyraeis contra Lacedaemon. subsidio mittitur. *Diod.* 15.	*Bellum Lacedaemonium* II. inter Athenienses & Lacedaemonios. *Diod. & Xenoph.*
Item *Iphicrates*, Diodor. Xenoph. Frontinus. Nepos 11, 2, 1.	
Iphicrates exercitui conductitio praefectus adversus Aegyptios proficiscitur, & paullo post Athenas revertitur. *Diod. & aliter paullo Nepos* 11, 2, 4.	Pharnabazus cum *Iphicrate* adversus Aegyptios profectus.
4.	

OLYMPIAS CII.

1.	
2. *Epaminondas* Spartanos ad Leuctra profligat. 15, 8. 3.	*Boeoticum Bellum.* *Pugna Leuctrica* Spartanorum cum Thebanis *Diod. & al. v. Petav. de doctr. temp.* 10, 31. *Selden. can. chron.* Alii in annum seq. conjiciunt.
3. Iphicrates Euridicen defendit. 11, 3, 2. *Aeschin. de falsa leg.*	
4. *Epaminondas* Laconiam invadit, Spartam capit, Messenem restituit. 15, 8, 4. *&c. Diod. & alii.*	*Bellum Laconicum Arcadicum* Lacedaemoniorum cum Arcadibus.

Iphicrates Lacedaemoniis adversus Arcadas auxilio mittitur.

Pelopidas & *Epaminondas* Arcadibus auxilio a Thebanis mittuntur. *Diodor. Plutarch. in Pelop. Justin. lib.* 7. *Nepos* 16, 4, 2. *alii.*

Boeoti duce Epaminonda in Peleponnesum ingressi, & a *Chabria* Atheniens. duce repulsi. *Diod. Xenoph.*

OLYMPIAS CIII.

1. *Pelopidas* ab Alexandro Pheraeo in vincula conjicitur. *Diod. Plut. Nepos* 16, 5, 1. *Pausanias in Boeot.*

Thebanorum cum Arcadibus bellum. *Dionysius* Syracusarum Tyrannus moritur. *Nepos* 21, 2, 3. *Eusebius in Chronico: alii.*

2. *Epaminondas* exercitum Theban. incolumem domum reducit. 15, 7, 2. *Plut. Pelopida.*

Pelopidas liberatur. 16, 5, 2. *Diod.*

3. *Epaminondas* in Peloponneso bellum gerit. 15, 7, 3. *Diod.*

4.

Bellum Arcadum & *Eleorum.* Diod. lib. 15. Xenoph. Justin. Front.

OLYMPIAS CIV.

1. *Pelopidas* praelio adversus Alexand. Pheraeum victor cadit. *Plut. Nepos* 16, 5, 4. *Diod.*

Timotheus in Thraciam

Thebani *Epaminonda* perorante de maritimo imperio comparando cogitant. *Diod. Pausan. Boeoticis.*

pro-

profectus, Potidaeam, & Toronem occupat. *Diod. lib.* 15.

Cum Olynthiis bellum gerit. *Nepos* 13, 1, 2. *Demosthen. Olynth.*

2. *Epaminondas* Spartam iterum tentat. Lacedaem. ad Mantineam vincit, ibidemque interficitur. 15, 9, 1. *&c. Diod. & alii passim.*

Pugna Mantinaensis duce *Epaminonda*.

3. *Agesilaus* & *Chabrias* a Rege Persarum ad Tachum Aegypti Regem deficiunt. 17, 8, 2. 12, 2, 3. *Diod.* 15. *Polyaen.* 3.

Agesilai interitus. *Xenophon. Plut. Diod. Nepos* 17, 8, 6.

Datames ab Artaxerxe deficit, 14, 5, 5. *& deinc. Diod.* 15.

Chabrias Nectanebo regnum constituit. 12, 2, 1.

Artaxerxi Mnemoni Regi Persarum mortuo succedit Artaxerxes Ochus. Alii tamen triennio ante obiisse volunt. v. *Petav. D. T.* 10, 29. & *l.* 13. *Labbeum a. M.* 3688.

4.

OLYMPIAS CV.

1.

Philippus Macedo regnare incipit. *Diodor.* 16. *Justin.* 8. *&c.*

2.

3. *Chabrias* cum Charete adversus Atheniensium socios, Chios,

Bellum sociale Atheniensium.

Rho-

Rhodios, Coos & Byzantios, missus, in praelio occubuit. *Diodor. l.* 16. & *Nepos* 12, 4, 1. &c. *Dionis* fuga & praeparatio ad bellum cum Dionysio. *Diod. ib. Ael. lib.* 12. *Variar. Hist. cap.* 44. *Nepos* 10, 4, 1. &c. Sed fugam *Simsonius* vult contigisse biennio ante.

4. *Dionis* felix cum Dionysio bellum. *Plut. Diod. Nepos* 10, 3, 5.

Alexandri Pheraei interitus. *Diod. Plutarch.* & & *alii.*

OLYMPIAS CVI

1. *Iphicrates* & *Timotheus* ab Atheniensibus multantur. 13, 3, 5.

Dion Syracusas in libertatem vindicat. *Diod. lib.* XVI.

Athenienses cum Sociis acriter pugnant; ducibus Charete, Iphicrate & Timotheo. *Diod. Nepos* 13, 1, 2.

Nascitur *Alexander M.* vid. *Petav. R. T.* 2, 3, 12. *Usser. a. M.* 3648.

2. *Dion* moritur annos natus circiter LV. *Euseb. in Chron.* (ubi vitiose *Dionysius* pro *Dion* legebatur:) *Nep.* 10, 9, 6. *Petavius D. T. lib.* 13: & *R. T.* 1, 3, 10. *Simsonius*, *Labbeus*, aliique anno seq. obiisse volunt.

3.

4. Cha-

4. *Chares* Sestum capit. *Diod.*	*Philippus* oculum in expugnatione Methones amisit. *V. Vitas comparatas Schotti.*

OLYMPIAS CVII.

1.	
2. *Phocion* Athen. Persarum dux est contra Cyprios. *Diod. l.* 16.	
3.	
4.	

OLYMPIAS CVIII.

1.	
2. *Iphicrates* Athen. dux Dionysii Siculi naves auro donisque Apollini Delphico consecrandis onustas intercipit. *Diod.*	*Dionysius* junior Syracusas recuperat, anno decimo., postquam a Dione pulsus erat. 20, 2, 1. *Diod.* 16. *Plut.*
3.	
4. *Timoleontis* in Siciliam expeditio. 20, 2, 1. *Syracusas* in libertatem restituere conatur. *Diod. Nepos* 20, 3, 3. *Plutarch.*	*Hicetas* Princeps Syracusarum a *Timoleonte* superatus. 20, 2, 3.

OLYMPIAS CIX.

1. *Timoleon*, pulsis Poenis, Syracusis potitur. 20, 2, 4.	
2. Remp. Syracusar. instaurat, ejecto Dionysio. 20, 3. 1. &c. *Diod.* 16.	
3. Contra *Siculos* rem fe-	

liciter

liciter gerit. *Diod. Nepos* 20, 2.

4. *Phocion* Athen. dux Clitarchum Tyrannum Eretriae a Philippo constitutum profligat. *Diod. l.* 16.

OLYMPIAS CX.

1. *Timoleon* Carthaginiensium exercitum ad Crimesum superat. *Plut. Nepos* 20, 2, 4. *Diod. Polyaen. lib.* 6.

2. *Timoleon* Carthaginiensibus pacem petentibus concedit, & Mamercum capit. 20, 2, 4. *Diod.*

Idem toti Siciliae pacem ac libertatem restituit. 20, 3. *Diod.*

3. *Pugna ad Chaeroneam*, qua Philippus Athenienses vicit. *Diod. Dionys. ad Amnaeum. Pausan. in Attic. alii.*

4. *Timoleon* moritur. *Nepos* 20, 5, 4. *Plutarch.*

OLYMPIAS CXI.

1. *Philippus* Rex a Pausania satellite occiditur. *Diod. lib.* 16. *Nepos* 21, 2, 1. & *alii. Alexander M.* Philippo Patri succedit.

2.

3.

4.

OLYM-

OLYMPIAS CXII.

1.

2. *Alexander* debellat Darium ad Arbella. v. *Petav. D. T.* 10, 36. *R. T.* 2, 3, 12. *Strauch. brev. chronol.* 4, 30.

3.

4.

OLYMPIAS CXIII.

1.

2.

3. *Hephaestionis* mors. *Nepos* 18, 2, 2. *Aelian. lib.* 12, 7. & *alii.*

4.

OLYMPIAS CXIV.

1. *Alexander* Babylone moritur, vel veneno, vel intemperantia. 21, 2, 1. *Diod.* 18. *Curt.* 10. *alii. v. Petav. l. c.* & *in Paralip. p.* 859. *Usser. a. M.* 3681. *Strauch. breviar.* 4, 31.

2. *Antipater* & Craterus Aetoliam deficientem oppugnant. *Diod.*

3. *Perdiccas* interficitur. 18, 5, 1. *Diodor.*

4. *Eumenes* vincit Craterum & Neoptolemum. 18, 3, & 4. *Diod.*
Idem ab exercitu Alexandri hostis judicatur, & ab Antigono Norae obsidetur. 18, 5.

Antipater rebus Macedonicis praeficitur. 18, 5, 1.

OLYM-

OLYMPIAS CXV.

1.

2. *Eumenes* fit regum tutor, bellumque adversus Antigonum comparat 18, 6, & 7.

3. *Phocion* ad Antipatrum proficisci recusat, & paullo post necatur a civib. suis. *Plut. Nep.* 19, 4, 3.

Eumenes in Persiam copias suas hiematum dividit. 18, 8, 1.

Nicanor a Cassandro Athenas missus Piraeeum occupat. 19, 2, 5.

Argyraspidum phalanx Eumeni adjuncta frustra ab Antigono & Ptolemaeo sollicitatur. *Diod.*

4. *Eumenes* adversus Antigonum bellum gerit, & satrapae Orientis se conjungunt. 18, 2, 1. *&c.*

OLYMPIAS CXVI.

1. *Eumenes* cum Antigono anceps praelium. Ab Antigono capitur, & occiditur. *Diod. Nepos* 18, 10, 2. (*Petav. ait anno decimo ab Alex. obitu sublatum qui in ann.* 2. *aut* 3. *bujus Olymp. incidit;*)

2.

3.

4.

CHRO-

CHRONOLOGIA

annorum Catonis,

A. SCHOTTO

AUCTORE.

M. PORCIUS. M. F. CATO CENSORIUS.

Anno
U. C.

521. Natus, M. Aimilio Lepido, M. Poblicio Malleolo Coss. Sic enim ipse apud *Cic. de Senect.* differens: *Anno postquam primum Cos. fuerat Q. Fabius Maximus Verrucossus, qui Tarentum cepit, ego natus sum.* Alii 519. anno natum putant, L. Postumio Albino, Sp. Carvilio Maximo Coss. In his *Kar. Langius* Gandensis vir doctiss. legitque, *Anno post Consul primum fuerat, quam ego natus sum.* quomodo & in vet. lib. scriptum se repperisse *Aldus Manutius minor* affirmat. [*vide notas ad* 24,1,2.]

539. Annos natus XVII. primum stipendium meruit, & militavit ad Capuam sub eodem Fabio IV. Consule. *Corn. Nepos in vita Cat. c.*1,2. Alii XIX. numerant, ut altero anno a primum Cos. Fabio Maximo natus sit Cato. [*vide not. l c.*]

544. Aetatis XXIV. si a Natali DXIX. numeres, ad Tarentum stipendium fecit, Fabio V. Cos. ut ipse apud *M. Tullium de Senect.* disputans.

545. Aet. XXV. Tribunus militum in Sicilia fuit M. Claudio Marcello V. T. Quinctio Crispi-no

Anno nō Coss. *Cicero Cat. majore*, & *Nepos* hic *Cor-*
U. C. *nelius c.* 1, 2. [*vide quae diximus ad eum locum.*]
C. Claudii Neronis Cos. castra sequitur; strenuus habitus & laudatus re bene gesta in praelio Senensi ad Metaurum, quo cecidit Asdrubal, exercitu Alpes trajiciens, ut copias cum Annibale fratre conjungeret. *Livius* 27. & *Nepos l. c.*

548. Quaestor obtigit P. Scipioni Africano majori, in Africa Proconsuli, a quo perpetuo dissensit; Augur, annos natus XXVIII. P. Corn. Scipione Afr. P. Licinio Crasso Coss. *Livius* 29. & *C. Nepos c.* 1. 3. M. Tullius vero *in Bruto*, & *Catone*, anno inseq. DXLIX. Cethego & Tuditano Coss. Quem locum *Andr. Patricius in* 2. *lib. Cic. de Repub.* sic concinnabat: *Cum eo* (Fabio) *quartum Cos. adolescentulus miles ad Capuam profectus sum, quinctoque anno post Tarentum. Tum Quaestor: quem magistratum gessi Coss. Tuditano & Cethego. Deinde Aedilis. Quadriennio post factus sum Praetor, cum quidem ille admodum senex, suasor legis Cinciae, de donis & muneribus, fuit.* Ex *Cic. inf.* ubi de sodalitatibus & magnae Matris Deûm sacris, & *in Bruto* Aliter *Corradus* & *Lambinus*: quorum *hic comm. in Aemilium Probum*, bis Quaestorem facit. [*Lambini lectionem probabat etiam Langius. Expungunt autem illa de aedilitate & praetura. quod etiam, sed paullo aliter, facit Pighius ad an. U. C* 549. *vid. not. Gruterianas ad Cic. l. c.*] Non sequor. [*Quaesturam tamen anno sequenti demum gessisse, verum est. qua de re diximus in notis ad* 24, 1, 3.]

551. Quadriennio post Aedilis plebis factus, cum C. Aelio, qui hic *C. Helvius* appellatur, & a *Livio lib.* 32. [& 38.] *Cato in Cic. dialogo de*

Anno *de Senect.* ut quidem vulgo interpungitur.
U. C. Agebat tum fort. annum aetat. 31.
555. Praetor quadriennio post, Sardiniam provinciam obtinuit. Q. Ennium poëtam inde deduxit. *Liv.* 31. & 32. *annal. ab U. C. Cicero in Cat.* [*ex vulg. lectione*] & *Plut.* & *Nepos hic c.* 1, 3. A quo postea in Graecis, licet senex, est institutus. *Plin.* 7, 30. *Valer. Max.* 8, 7. & *D. Hieronym. epistol. ad Nepotian.*
558. Consul cum L. Valerio Flacco, quo auctore Romam e Sabinis commigraverat. In hoc magistratu totam citeriorem Hispaniam, quae rebellaverat, pacavit, bello ab Emporiis inchoato: adjuvante P. Manlio Praetore. *Veget.* 2, 3. & 1, 8. Hic ejus abstinentia eluxit, & frugalitas. *Plinius* & *Appulejus.* Matronis cultum repetentibus Oppia lege ademtum, restitit. Lege *Livium* 33. *Plutarch. Valer.* 9, 1. *Nepotem cap.* 2, 1.
559. Hoc anno Proconsul ex eadem provincia de Senatus sententia triumphavit. *Plut. Fasti Capitolini*, *Appianus Ibericis*, *Frontinus*, *Florus* & *Zonaras.* [*Nepos l. c.*]
562. Legatus (non, ut *Cic. in Cat.* memoriae vitio, Trib. militum) Manii Acilii Glabrionis Cos. *Auctor de viris illustr. Festum* vide in *Ordinarium;* & in *Oratores. Livium* 36. *Appianum*, & *Justinum* 31.
569. Aetatis XLIX. Censor gravissimus cum L. Val. Flacco, L. Quintium Flamininum, Titi fratrem, senatu movit, & in aerarium redegit, quod ad scorti spectaculum, Gallum reum jugulasset. Luxuriam hominum repressit, quae incipiebat pullulare. In quo honore, quod tam severe praefuisset, *Censorii* cognomen tulit. *Livius* 39. *Plut. in Cat.* & *Cicero*, item *in Bruto. Fasti Capitol. Val. Max.* 2, 9.

Anno U. C. 2, 9. & 4, 5. *Nepos* hic *c.* 2, 3. & *Seneca Rhetor controversf.* 2. *ubi plura notavimus.*

600. Octogenarius jam, [*immo major octogenario*, nec ante *annum U. C.* 503. *vide not. ad* 24, 1, 2. & *infra ad annum* 605.] Ser. Sulpitium Galbam, qui Lusitanos Praetor diripuit, vehementi oratione accusavit. *Auctor. de viris illustr. Valer. Max.* 8, 7. Non (ut *Livius* 39. & *Plut.*) nonagenarius. nam octogesimo quinto aetatis mortuum constat.

604. Initio tertii belli Punici Carthaginem, nova molientem, delendam censuit; certatumque in ea sententia, de Reip. salute & commodo, cum P. Scipione Nasica, qui servandam urbem, ne otio & ignavia in luxum juventus Rom. ut accidit, dilapsa, civilia arma tractaret, censebat. Pervicit tamen sententia Catonis. *Livius*, *Florus*, & *Auctor de viris illustr.*

605. Hoc anno mortuum puto, 85. annos natum, L. Marcio Censorino, M. Manilio coss. Paterculus vero male, P. Censorino, M. Manlio coss. *Cicero* Bruto: *Cato*, inquit, *annos quinque & octoginta natus excessit e vita: cum quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset. Valerius* vero 8, 1. & 7. octogesimum sextum annum agentem adversus Galbam perorasse ait. *Plinius* 14, 4. sexcentesimo U. C. mortuum, rotundo numero dixit. Non recte, ut puto, *Plutarch.* ἐννενήκοντα Catonem, & *Livius* nonagenario majorem faciunt.

HEN-

HENRICI ERNSTII CHRONOLOGIA

HISTORIAE

T. POMPONII ATTICI.

Anno Urbis 644. Triennio ante M. Tullium Ciceronem. *Q. Caec. Metello Numidico* & *M. Junio Sulla Coss.* Tit. Pomponius Atticus nascitur. *cap.* 1, 2.

Anno Urbis 666. Ciceronis 20. *Cn. Octavio* & *L. Cornelio Cinna Coss.* Athenas se contulit Atticus, annum agens vigesimum tertium: quando anno proxime praecedente P. Sulpitius Rufus Trib. pl. a Sulla interfectus est *c.* 2, 2.

Anno Urbis 674. Cic. 28. *P. Servilio Vatia*, & *Ap. Claudio Pulchro Coss.* Athenis Cicero Epicureos, Phaedrum, & Zenonem, frequenter cum Attico audivit, ut ipse ait *lib.* 2 *de Finib.* & *Tuscul.* 3. & *Acad.* 1.

Anno Urbis 688. Ciceronis vero 42. *L. Aurelio Cotta*, & *L. Manlio Torquato Coss.* aetatis anno 45. cum jam annos 22. Athenis commoratus erat, Romam remigravit. *c.* 4, 5.

Anno Urbis 692. Ciceronis 46. Ipsius Attici 49. cum legati locum obtinere posset apud Q. Ciceronem Asiae praetorem, nolebat. Quo anno Romae Coss. erant *M. Pupius Piso*, & *M. Valerius Messala*. *c.* 6, 4.

Anno Urbis 697. Ciceronis 51. *Cn. Cornelio Lentulo*, & *L. Marcio Philippo Coss.* pridie Idus Febr. T. Pomponius Atticus Piliam uxorem

 duxit,

duxit, annum agens aetatis 54. in quibus nuptiis Cicero coenavit. *Epist.* 3. *li.* 2. *ad fratrem.*

Anno Urbis 703. Ciceronis 57. Attici 60. *L. Aemilio Paullo*, & *C. Claudio Marcello Coss.* Caesarianum bellum incidit: quod sequenti anno prorsus in flammam abiit. *c.* 7, 1.

Anno Urbis 709. Ciceronis 63. Attici 99. *C. Jul. Caesar*, quum ipse una cum *M. Antonio* consul esset, a conjuratis in Pompeji curia 23. plagis confossus est. Sequenti anno Antonius Mutinam circumsedit, Brutumque oppugnavit: hostis patriae judicatur. Sed a Lepido recipitur. *cap.* 9. 1. & 2.

Anno Urbis 710. Ciceronis 64. Atticus, natus annos 67. matrem nonagenariam extulit. *c.* 17, 1.

Anno Urbis 712. Attici 66. M. Brutus & C. Cassius ab Octavio, & Antonio ad Philippos victi, sibimet ipsis violentas manus intulerunt. *c.* 11, 2.

Anno Urbis 721. cum Atticus 77. annos complesset, decessit & sepultus est, qui erat annus 30. antequam DEUS noster JESUS CHRISTUS in carne apparuit: Cui una cum Patre & Spiritu Sancto sit laus, Honor & Gloria.

INDEX

p. 2. in notis lin. 5. poſt *to in dubito anceps.* adde, quamquam ſcio, ſaepius ab antiquis produci. Vide Cl. P.Burm. Sec. ad Lotichium L. I. El.I. vſ.51. & Lib. IV. El. 4. vſ. 194.

p. 25. lin. ult. Adde ipſa vox *τύραννος*, aetate Homerica recentior, in Homero non reperitur, ut obſervat Auctor Homeri vitae, editus inter Opuſcula Mythologica Graeca a Thoma Gale p. 382. qui Auctor ergo, ſive is ſit Dionyſius ab Halicarnaſſo, ſive alius quis, non videtur credidiſſe, Homerum ſcripſiſſe hymnum in Martem, in quo hymno vſ. 5. Mars *τύραννος* vocatur. De auctore Hymnorum, qui vulgo Homero adſcribuntur, ſcimus certare Grammaticos, & litem adhuc eſſe ſub judice. Vide Spanhem. ad Callimachi Hymnos in initio, & Cuperum in Apotheoſi Homerica p. 108.

p. 66. lin. 4. pro *toleraír* lege *tolerari.*

p. 72. lin. ult. pro *Plut. in Cim. p.* 157. lege *Plut. in Pericle p.* 157.

p. 107. lin. 23. pro Cl. Weſſ. lege quae notavit Cl. Weſſ.

p. 130. lin. ult. adde, objecerit forſitan mihi quispiam, Curtium Lib. III. cap. 3. §. 15. dixiſſe *Doryphori vocabantur proximum his agmen*, de Perſis agentem, cum *δορυφόρος* vox ſit mere Graeca. Attamen iſte locus offendit quoque Clericum. defenditur quidem Curtius a Snakenburgio, ſed an eodem modo defendi poſſit Nepos, dubito.

p. 159. lin. 10. pro *e ſaltatione* lege *de ſaltatione.*

p. 160. lin. 17. pro Ἀγαμεμνόνεις, lege Ἀγαμεμνόνειος, & mox lin. 18. pro p. 191. lege p. 19.

p. 173. pro *Chabriam* lege *Timotheum.* & lin. 6. adde Timotheum, & Chabriam Platonis cognatos vocat Philoponus, citatus a Menagio ad Diogen. Laërt. L. V. cap. 2.

p. 204. lin. 20. pro *decimo* lege *decimae.*

p. 205.

p. 205. lin. 17. pro *canum* lege *cantum*. & lin. ult. adde ipse tamen Pythagoros lyram praeferebat tibiae. ut e Jamblycho docet Vossius de quatuor Artib. popul. p. 59.

p. 234. lin. 14. pro *adjecerat* lege *abjecerat*.

p. 236. lin. 6. post p. 904. adde, quamquam dubito, an hi a Strabone memorati simul regnarint. certius est de Cadusiis, de quibus Plut. in Artaxerxe p. 1023. Tredecim Phaeacum reges simul regnantes enumerat Homerus Odyss. Θ. 390. & quinque Boeotiorum Il. B. 494. ut idem Auctor, qui Homeri vitam descripsit, observat l. l.

p. 264. lin. 9. *pascituro* lege *nascituro*.

p. 266. lin. 3. pro *Hephaestis* lege *Hephaestio*.

p. 274. in Eum. cap. 6. §. 1. τὰ *eas res* mihi suspecta sunt. forsan *suas res*, vel *res* absque *eas*, vel *in ea res occuparet*. Sed nihil definio, & locum aliis dijudicandum relinquo.

p. 278. lin. 2. post *vide Heusingerum ad h. l.* adde Hujusmodi syllabarum geminationibus gaudent poëtae. V. Burmannum laudatum ad Lotichium L. I. El. 4. vs. 85. Lin. 9. pro *factarum* lege *factorum*.

p. 310. lin. 6. pro *Romono* lege *Romano*.

p. 317. lin. 19. pro *Macrobius*, lege *Macrobiis*.

p. 339. lin. 4. *pro* semel abundat.

p. 347. lin. 14. post *Hannibalem* ponendum est comma. Haec errata deprehendi, postquam praefatio jam typis esset expressa.

Index

INDEX
IN CORN. NEPOTEM
SELECTISSIMUS.

In quo primus numerus notat Vitam: Secundus Caput: Tertius, Versiculum capitis.

A.

Ad-

B.

C.

Cen-

Con-

D.

Demer-

Dinon

E.

scripta

Factio

Flaccus,

H. Habe-

H.

Hera-

Jam

I.

tis

In-

In-

M. Ma-

M.

N. Nan-

N.

Nota-

Occa-

Oro

P.

Pelo-

Per-

Phryges.

Pro-

Q.

R.

Re-

S.

So-

T.

V.

X.

Y Z.

Z.

FINIS.